





DISPUTATIO INAUGURALIS JURIDICA  
DE

**TESTE CONTU-  
M A C E,**

Quam  
*Diuino auxiliante Numine*

RECTORE ACADEMIAE MAGNIFICENTISSIMO,  
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,

**DOMINO CAROLO,**

PRINCIPE BORUSSIAE, MARCHIONE BRANDEN-  
BURGICO, RELIQA,

IN REGIA FRIDERICIANA,

SUB MODERAMINE

**DN. JACOB. FRID. LUDOVICI, JCt.**

POTENTISS. REGI BORUSSIAE A CONSIL. AUL.  
ET PROFESS. PUBL. ORDINAR.

*Fautoris, Praeceptoris & Promotoris sui etatem deuenerandi,  
colendi,*

**PRO LICENTIA,**

Summos in utroque Jure rite capessendi honores,

d. Novembr. A. MDCCXVII.

horis ante & pomeridianis  
publicæ eruditorum velitationi submittit

AUTOR

**SAMUEL WILLETT,**

BREMA-SAXO.

---

HALÆ MAGDEBURGICÆ,  
Typis CHRISTIANI HENCKELII, Acad. Typ.

S. R. I. LIB. REIPUBL. BREMENSIS SENATUI  
SPLENDIDISSIMO,

VIRIS ET DOMINIS

ILLUSTRIBUS, MAGNIFICIS, EXCELLENTISSIMIS,  
CONSULTISSIMIS, PRUDENTISSI-  
MIS,

DNN. CONSULIBUS,

DNN. SYNDICIS

DNN. SENATORIBUS,

PATRIÆ PATRIBUS OPTIMIS  
GRAVISSIMIS,

*Dominis & Mœcenatibus suis infucato ob-  
sequio deuenerandis,*



disputationem hancce inauguralement, ea quo  
par est pietate, & reverentia conse-  
crat

SAMUEL WITTELT.

AUTOR.

Z.



S. A. N. D. T. O. M.  
DISSERTATIO INAUGURALIS JURIDICA  
DE  
TESTE CONTUMACE.

CAP. I.  
continens  
Generalia ad explicationem rubri.

CONTENTA HUJUS CAPITIS.

Judiciis sua confidere debet auctoritas, §. I. quæ de jure ciuili per contumaciam lœditur, (adjicuntur contumacia etymologia & homonymia,) §. II. adeoque merito plectenda, §. III. ut in auctore & reo, sic etiam in teste, §. IV. testimonia etymologia, homonymia & synonymia, §. V. realis testimoniū definitio, us & testimoniū contumacis, §. VI. queritur inde, an testimoniū ad testimonium dicendum cogi possit, & quid hic in foro ciuili, §. VII. quid in criminali obtinetur? §. IX. adducuntur quedam Germanicarum prouinciarum constitutions cum remissione ad alias, §. IX. contumacia testimoniū autem cum varie se exferat, conspectus & ordo disputationis proponitur, §. X.

§. I.

**P**ostquam principibus summum rerum arbitrium a Deo T. O. M. concessum subditis que sola obsequendi gloria Tacito etiam teste lib. 3. annal. relicta, consequens exinde resultat, quod omnes, qui togam proborum ciuium exuere nolunt, in id omni ope ac studio intendere debeant, ne ulla occasione quidquam committant, quod perfidiæ notulam ipsis inure possit.

A 2

Arctis-

Arctissimus quippe est ille nexus, quo subditum principi suo constringit ipsa naturæ religio. Hinc illi utique sua constare debet autoritas, quæ tanta, ut illa corruente tota salutis publicæ vacillet machina, Arnis. de jur. maiest. cap. 3. nec violatur, nisi injustitia contra ipsum autoritatis hujuscem autorem, scilicet Deum, simul commissa. Quicunque enim potestati obssit ex sententia Pauli ad Rom. XIII. Deo obssit. Dei quippe minister est, qui potestate fungitur tuo bono. Inde etiam omnia jura, quæ nobis tam ex ipso naturæ lumine, quam ex reuelata diuini numinis voluntate & LL. ciuilibus tradita, in hoc unanimi calculo conueniunt, ut principi eiusque SS. judicii sanctitatem suam conferuent, subditisque debitam inculcent obsequendi gloriam: generale enim pactum est societas humanae, obediare Regibus suis, inquit Augustin. can. 2. dist. 8. siue, ut explicat gloss. ibid. generali lege a natura imperata est subditis obedientia, quia ordo naturæ non patitur, ut inferior major sit & dominetur superiori, minor majori, seruus domino, cap. cum inferior. de major. & obed. can. 4. dist. 21. Quomodo vero & quatenus intuitu juris diuini & naturalis obedientia & obsequium præcipiatur, & in transgressores animaduertatur, nostri, ut hac vice inquiramus, non est instituti, sed quoad prius ad Theologos, quoad posterius vero ad DD. juris naturalis candidum lectorem remittimus, conf. tamen Grot. de J. B. & P. L. i. cap. 4. Pufendorf. de J. N. & G. l. 7. cap. 8. Contenti igitur erimus, quid respectu juris ciuilis hic occurrat, breuibus excutere.

*Quæ viola-  
tur per con-  
sumacionem de  
jure ciuili*

§. II. Vocabatur autem de jure ciuilli inobedientia illa, qua quis debitam reuerentiam in non parendo principi & eius autoritatem repræsentantibus judiciis denegat, communis nomine contumacia, & qui se eiusmodi delicti reos faciunt, contumaces, qui utrum a tumendo, ac si pertinacia, vel superbia quasi tumeant, ex sententia Nisi, siue, ut Velius Longus existimat, a contemnendo nomen fortiantur, & utrum contumax, siue contumax, orthographia scribi vetit, critici

scrut-

scrutentur, vid. Menag. amoen. jur. ciuil. c. 39. sub verbo contumax. Beccmann de orig. ling. lat. pag. 108. Quoad homonymiam illud monuisse sufficiat, nos contumacem non accipere in bonam partem, quando firmum, constantem, inuitum significat, quo sensu contumax etiam aduersus tormenta seruorum fides dicitur apud Tacitum l. 9. hist. c. 3. verum illum contumacem dicimus, qui alias *ναζαρεωντης*, spernulus, proteruus, contemtor, german. ungehorSAM audit, & quem glossa rebellem vocat ad c. 1. X. de dol. & contum. Et sic contumax dicitur, si generaliter consideratur, qui iussum superioris tam in iudicio, quam extra iudicium contemnit, & inde cum varium imperandi genus, imperat enim princeps ciuibus, pater liberis, praeceptor discentibus, tribunus, vel centurio militibus, ut ait Seneca l. 1. de clement. cap. 6. I. 6. §. 2. ff. de re milit. ita etiam omnes, qui iussa horum imperantium negligunt, contumaces adpellari merentur, Bargal. de dolo c. 21. n. 5. Nobis vero in sensu specialiori contumaces hac vice occurrunt, sc. tales, qui *intuitu judicis* immorigeri deprehenduntur, sive, qui ei, ad cuius jurisdiscretionem pertinent, negant obsequi in iudicio, vel ejusdem iussum contemnunt, l. 53. §. f. ff. de re jud.

§. III. Et hæc illa est contumacia, quæ in jure ciuilli Adeoque illa  
deo damnatur, ut inter species delictorum & criminum re-  
merito ple-  
feratur, gloss. in l. 12. ff. de inter. in jur. faciend. l. 6. pr. ff. de re  
Eienda.  
milit. & in quam tot poenæ constituta reperiuntur, vid. infra cap. V. de quibus obiter notandum, quod strictissime  
merito a judice obseruandæ, partim quia alias, prout dictum,  
per contumaciam magistratum autoritas, & in illa principis maiestas impune laderetur, partim, quia ad abbreviandas illas infinitas litium ambages multum conferunt, ad quas  
amputandas iudex omni niſu anhelare debet, l. 21. de reb.  
cred. unde merito practicam illam brocardi: *contumacia*  
*non accusata non nocet*, restringendam puto, ut hinc iudex,  
quamvis non imploratus, ex officio infelicem illam iustitiae protrahendæ pruriginem auferre debeat. *Congruit*  
*enim*

enim bono ac graui præsidii, curare, ut pacata & quieta sit respublica, quam regit, quod aliter obtinere non potest, quam si ejusmodi refractariis frenum injiciat, l. 13. ff. de off. præf. imo horum castigatio ad quietem publicam adprime confert, l. opprimendorum. C. quand. lic. un. fin. iud. dum e diametro nimia illa indulgentia & prolixitas ius in absynthium mutat, ut optime ait Brunnem. proc. ciu. in procem. & sic querelis illis, quæ proh dolor! de processuum diuturnitate ubique, per Germaniam præsertim, audiuntur, medela quodammodo adferretur, quæ diuturnitas tanta hodie est, ut sepissime usu veniat, eos ipsos, qui victoriæ reportarunt, tam longis anfractibus vexatos, ac tot sumtibus misere defatigatos sic affici, ut lugendum potius sibi esse putent, quod bone alioquin litis aut instituendæ, aut suscipienda consilium ab initio non abiecerint, quam gratulandum, quod tanto pretio nudam victoriæ gloriam comparant, ut verbis utar Ant. Fabr. in Cod. l. 9. tit. 22. def. 1. add. Wehneri offeru. præf. sub voc. Justitien. Wesen, ubi totam illam Fabri definitionem, quam de litium & criminalium & ciuilium abbreviandarum noua ratione inscribit, recenset, conf. præcipue art. 15 & 29. ut & Valent. Winther. Parthen. litig. l. 1. c. 1. Sed quid juuat, inanes iam tundere planctus, fatis esse duco, ut quid fieri debeat, doleamus, (quod non fiat,) quid vero fiat, videamus.

*Vt in auctore &  
reco, sic etiam  
in teste.*

§. IV. Quomodo vero finis ille, sc. conseruatio autoritatis magistratus, & abbreviatio litium intuitu actoris & rei obtineri queat, quomodo hancce suam proteruiam luant contumaces, quibusue mediis, quæ passim in jure occurunt, in ordinem redigantur, de eo DD. adit. X. de dolo & contum. maxime vero illi, qui ordinem judiciorum exponunt, legi possunt, ubi itidem disput. sub præfid. Excell. Dn. Boehmeri de contum. non respond. habita conferri meretur. Nostri hac vice instituti faltem est, ut quid intuitu testis contumacis leges fanciant, & quæ tam quoad jus Romanum & commune, quam praxin modernam hic obtineant,

neant, pro modulo ingenii loco speciminis inauguralis, quanta fieri potest breuitate excutiamus. Cum enim experientia tota die comprobet, qua via & haec in parte iudiciorum illudatur autoritati, & cursus iustitiae prioris impediatur, considerationem hancce non fine utilitate fore confido.

§. V. Onomatologiam testis, ut ex communi DDrum *Etymologia*  
methodo breuiter exponamus, illam cum Caluin. *lex jurid. testis.*  
b. *voc.* descendere putamus a testando. Sed haec vox tripli-  
ci potissimum modo in jure ciuili occurrit, & totidem diuer-  
fas significaciones denotat, 1.) *testari* denotat testamentum  
condere, per *ruber. ff. si quis alig. testar. prob.* & inde *testato*  
& ab intestato decedere, l. 45. §. 1. ff. de *J. fisc.* intestabilis,  
l. 26. ff. qui *test. fac. poss.* & similes in jure expressiones re-  
periuntur, qua tamen ad nostrum scopum non pertinent;  
2.) *testari* denotat adseuerare, denunciare, in testimonium  
adducere, & sic juramenti quedam est species, v. g. si dici-  
mus: *Deum testor*, quo verbo creberrime veteres in adjura-  
tionibus Deorum utebantur, hinc Virgil: l. II. *Aeneid.*  
v. 54.

*Vos eterni ignes & non violabile vestrum  
testor Numen.*

& demum 3.) *testari* dicitur, testimonium dicere, siue, pro-  
ut in jure occurrit, perhibere: & haec significatio ad nos  
in presenti pertinet, illud quippe est, quod leges fidem alterius et conscientiam ad rei confirmationem euocare ad-  
pellant, l. 22. ff. de *test.* l. 122. ff. de *V. O.* l. 40. pr. ff. de *V. S.*  
*Homonymiam* quod adtinet, illius explicationi merito *Homonymia.*  
supercedemus, dum ex ipso rubro *testem coniugacem* repræ-  
sentante, abunde patet, excludi hic acceptioinem, quando  
testis accipitur diminutive, ubi virilitatis testem denotat;  
inde igitur ad synonymiam duntaxat progredimur, ubi va-  
ria occurunt. Dicuntur enim *testes* antiquitus 1.) *su-  
perfites*, idque ex sententia Lud. Dicks. in *Oecon. instit.* ord.  
gud. p. m. 295. quod super statum causarum proferebant ob-  
lata,

lata , vel quod ipsi rei gestæ superfuerint, vel adfuerint,  
 Schard. *lex jurid. voc. testis.* 2) vocabantur porro *antistites*,  
*cap. forum 19. de V.S. Wesembec. parat. ff. de test. pr.*  
 quamvis enim antistites primarii dicti fuerint sacerdotes,  
*§. 5. insit. de Attil. tut. quod ceteros antestent*, i. e. expel-  
 lant, Calep. *voc. antistes*, testes tamen itidem hoc nomine  
 comprehenduntur, Schard. *lex iurid. voc. antestor.* 3) Te-  
 stes dicuntur generaliori nomine *aduocati*, de strictiori, *vid.*  
*DD. ad tit. ff. de postul.* Notum enim, aduocatos illos  
 dici, qui vel patrocinii, vel consilii, vel *testimonii* causa vo-  
 cantur, Schard. *lex. jurid. voc. aduocare.* Et demum 4)  
 testes veniunt sub appellatione *signatorum*, *I. 4. I. 6. I. 7. ff.*  
*testam. quemadmodum aper. I. 22. ff. de testib.* Sic enim vocantur  
 testes, quia ad testamenti, vel alterius negotii tabulas obsi-  
 gnandas adhibebantur.

*Realis testis  
definitionis,*

§. VI. Sed missis hisce, quæ saltem, ne contra criminem  
 eorum impugnarem , qui argumento *I. Domitius ff. de te-*  
*stam.* statuunt, prius oportere quem terminos quæstionis  
 explicare, quam determinare, adducere volui: ad magis  
 realem testis definitionem me confero. Diutius vero hic  
 minime immorari volo quæstiōni, an & quatenus testimoniū  
 diuidi potest in illud, quod sit per testes & per instru-  
 menta, *vid. Althus. jurispr. Rom. L. II. c. 34.* quamvis negare  
 non possimus, testes in jure aliquoties sub nomine instru-  
 mentorum contineri, *I. 1. ff. I. 15. C. de fid. insit.* Sufficiat  
*testem* definire, quod sit persona, quæ ad fidem de re dubia  
 faciendam a judice competente euocatur & examinatur,  
*Lauterb. ad tit. ff. de testib.* cui igitur definitioni si illa, quæ  
 supra de *contumacia* diximus, adjiciantur, nullus dubito,  
 quin statim pateat, quoniam sensu nobis dicitur *testis con-*  
*tumax*, sc. talis, *qui a iudice suo ordinario & competente ad*  
*testimonium perhibendum legitime citatus praefacie inobediens*  
*sine sonica causa parere recusat.*

*Quæritur in-*  
*de, an testis*

§. VII. Ne vero frustra de riuis videamur solliciti, dum  
 de fonte nondum constat, antequam ulterius progredia-  
 mur,

mur, quæstio: an testis ad testimonium perhibendum ob-  
 strictus sit, & an inuitus ad id cogi possit? ventilanda oc-  
 currit. Nullus enim testis contrumaciæ reus æstimandus,  
 nisi obligatio existat; quod ad testimonium dicendum ne-  
 cessario obstrictus sit. Quæstio proposita omnino adfir-  
 manda videtur, prout id unanimiter etiam a DD. adse-  
 ritur, tum quia sententia communis dicitur, Ayr. proc.  
 cap. 2. obs. 6. pr. Gail. l. 1. obs. 100. n. 1. & ibi adleg. tum, quia grauissi-  
 mis fundatur rationibus, quæ ex utilitate tam publica, quam  
 priuata, desumi possunt. Testium enim usus naturali ratio-  
 ne a Deo probatus huc spectat, ut publice prosit omnibus ad  
 tuendam veritatem aduersus mendacia malorum, Oldend.  
 de test. p. m. 539. hocce quippe probandi genere orbati futu-  
 ram expeririem maximam probationum penuriam &  
 rerum omnium confusionem, ut optime Oldendorp. adleg. loc.  
 imo eveniret, ut quis propter defecum probationis jure suo  
 & causa priuaretur, c. f. X. de test. cog. cum non semper & u-  
 bique chirographis, sigillis, aut alia quadam scripturarum  
 solemnitate adferri, aut confirmari possit negotium. Accedit,  
 quod probatio, quæ sit per testes, dignior sit & probatione  
 per instrumenta, præcipue priuata, potior habeatur, l. 14. ff.  
 de contr. committ. stip. §. 12. Instit. de inut. stipul. add. Berlich. l.  
 1. conclus. 59. Inde etiam perhibendi testimonii necessitatem  
 tam de jure romano, quam canonico, abunde & variis sub  
 poenis injunctam legimus, idque propter fauorem reipubli-  
 cæ, cuius interest, ut adhibeantur testes, quo eo melius  
 quæstionis controuersæ veritas detegatur, B. Dn. Sam. Stry-  
 kius in disp. de salut. publ. c. 5. n. 51. Hinc publicam utilitatem  
 exigere, ne veritas occultetur, adserunt canones can. 2. cauf.  
 14. q. 2. Hinc l. 4. ff. de testam. quemadmodum aper. sancitur, præto-  
 ris officium esse, ut cogat signatores (testes in testamento adhi-  
 bitos) conuenire & sigilla sua recognoscere, conf. gloss. ib. verb.  
 cogat. Hinc peccatum mortale dicitur, veritatem occultare,  
 c. ne quis 14. cauf. 22. q. 2. id quod etiam Plato l. 1. de LL. innu-  
 ere voluit, dum eos, qui veritatem celant, improborum vult

haberi numero. Vterque enim reus est, & qui veritatem occultat, & qui mendacium dicit, prout loquitur cum Augustino Gratianus *can. quisquis. 80. causu. q. 3.* quia & ille prodebet non vult & iste nocere desiderat, *c. i. X. de crim. fals.* Hinc tandem, ut verba ad compendium referamus, de jure ciuili munus ferendi testimonium publicum est, ad quod inuiti etiam compelli possunt, *arg. l. 2. §. 1. ff. si quis caut. in jud. l. et se per pretor. 26. §. ult. ff. ex quib. caus. maj.* ubi absentia propter testimonium dicendum eiusdem fonticæ excusationis vigorem habere dicitur, quam illa habet, quæ propter municipalem legationem adducitur, cum utriusque absentiae sit eadem necessitatis ratio, *conf. Ayr. proc. adl. cap. 2. obs. 6. Gail. l. 1. obs. 100. Richt. ad cap. 45. X. de test. cog. n. 17.*

*Sed quid in  
criminali-  
bus?*

Dum vero adlegatae LL. tantum de causis ciuilibus loquuntur, controuertitur a DD. an in criminalibus eadem testimoni coactio obtineat? Fatemur, nos hic expressa lege juris ciuilis plane destitui, quamvis enim luculent id probari posse videatur ex *l. 16. C. de test.* ubi dicitur: *constitutionem jubere non solum in criminalibus iudicii, sed etiam in pecuniariis, unumquemque cogi posse testimonium perhibere, de his que nouit;* illa tamen lex pro authentica haberi nequit, dum a Cujacio faltem restituta fuit, vid. ille *l. 13. obs. 83.* in ceteris vero legibus altum de coactione in criminalibus silentium. De jure canonico ex communi canonistarum sententia idem obtinet, dum in eo testes moneri, non cogi debere ad testificandum in criminalibus adseritur, *c. super eo X. de test. cog.* nisi esset tale delictum, quod non posset sine periculo dissimulari, quale est haeresis, blasphemia & similia, tunc enim testes cogi possunt, etiamsi crimen sit occultum, Hostiens. *ad rubr. de testib. cog.* item *conf. c. i. X. eod. n. 10. Gilhaus. arb. judic. crim. cap. 6. p. 3. no. 148.* ut & eo casu, si veritas aliter haberi nequit, de qua exceptione vid. infra *cap. IV. §. X.* in ceteris vero causis coactionem locum non habere, communis est opinio. Hodie vero praxis judiciaria non attendit, utrum hæc coactio

Etio expresse fundata sit in jure ciuili & canonico, nec ne, cum publica utilitas coactionem indistincte admittendam esse satis euincat, præcipue cum const. Carolin. itidem consentiat, art. 72. vers. Und ob es, ubi ita traditur: Und ob es die Nothdurft erforderet und begehret wird, compulsorial- oder Compas-Brieße zu geben, dadurch die Zeugen zu gebühr- licher Sache zu bringen seyn, &c.

§. IX. Qua necessitate & utilitate supposita diuersa Germaniaꝝ nostrꝝ prouinciarum statuta varia testibus contumacibus dicitant poenias, quaꝝ singulare huc collimant, ut testes ad perhibendum testimonium tam in ciuilibus, quam criminalibus causis, in patrocinium veritatis obligentur. Inde in camera imperiali mandato, sive commissoriali, clausula adjici solet: Ob sich einige sperren, oder wiedern, in was Schein dasselbe geschehe, &c. bey ziemlicher poen der Rechtern darzu zu halten und zu zwingen, Blum. proc. camer. tit. 73. §. 23. In ord. proc. Magd. cap. 30. §. 15. a serenissimo LLlatore itidem cautum: Damit auch kein Zeuge Zeugniſ zu geben sich verweigere, &c. so sollen Canzler und Räthe, oder deren commissarii und andere Gerichts-halter hiemit befieligt seyn, daß sie allezeit nebst dem gegentheil die Zeugen der Sachen Wichtigkeit nach erſtlich ohne commination einer Straffe, wann sie sich aber darauff nicht gestellen, zum andern mahl bey poen 10. 20. 30. fl. für sich beschieden, und da sie dennoch ungehorsamlich außenbleiben, sie zum drittenmahl bey zweyfacher auch nach und nach erhöhter Straffe citiren, & postea §. 16. Und obgleich ein Zeuge ein oder mehrmahl in solche Straffe verfallen, soll er doch damit die Wahrheit zu sagen sich nicht entbrechen, sondern durch ernstliche Straffe dupli, tripli, auch Auspfändung, und dergleichen, etc. gezwungen werden, conf. Thürfürstl. Braunschw. Ober-adpellations-Ordn. tit. 8. §. 30. Sollen die commissarii, etc. ubi poena carceris etiam dictatur, item ord. prou. duc. Brunſu. tit. 46. durch was poen die Zeugen zu zwingen? item ord. Pomeran. tit. 55. §. 5. In Saxonia per ord. proc. jud. tit. 22. hoc itidem obtinet,

*Adducuntur  
quedam Ger-  
manicarum  
provinci-  
rum conflitu-  
tiones, cum  
remissione &  
alias.*

non obstante glossa *Land Recht* lib. 3. art. 21. ad verb. *Sie*  
sollen, quæ in defuetudinem abiit, teste Chilian. König in  
process. cap. 82. vom Gezwang der Zeugen, n. 2. in tribunali  
Wisnariensi quomodo haec potestas commissariis ipso ju-  
re data, de eo vid. Meium p. 4. decif. 314.

*Contumacia  
varie se exser-  
vit.*

§. X. Et haec sunt, quæ loco processus ad explicatio-  
nem rubri præmittere voluimus. Sequitur jam, ut ad spe-  
cialiora progrediamur, & ut videamus, quomodo testi-  
um contumacia in actibus judicialibus semet exserat, quod  
variis modis fit. Contumax enim audit 1) qui jussum ju-  
dicis contemnit, & dicitur contumax in non veniendo, de  
quo in l. 53. §. 1. ff. de jud. 2) dicitur contumax, qui qui-  
dem comparet, sed contumax est in se non exhibendo, post  
columnas, vel ostium latitando, arg. l. 36. ff. de reb. aut jud.  
poss. a quo 3) parum differt, qui intempestive a judicio sine  
venia recedit, & sic contumax fit in receedendo, can. 43. caus.  
ii. q. 3. cap. 1. X. de judic. cap. 4. X. de dol. & contum. Inter-  
dum etiam judex jubet, ut respondeat quis interrogatus,  
& ergo si ille inobediens est & plane non, vel obscure respon-  
det, contumax erit 4) in non respondendo, l. u. §. 4. de in-  
ter. in jur. fac. cui jungendus 5) contumax in non jurando,  
de quo in l. 38. ff. de jurejur. Bargal. de dol. l. 5. c. 21. n.  
23. Hi omnes contumaces dicuntur, quatenus autem hac  
contumacia se reos faciunt testes, de eo jam videndum. Ut  
autem ordine procedamus, & singula justo loco colloquemus,  
hac uti volumus methodo, ut testem contumacem consi-  
*confiteetus &* deremus, I. in relatione ad judicem, & quomodo intuitu illi-  
*ordo disputa-* us contumacia le exserat, II. quid circa testem contumacem  
*tionis propo-* respectu citationis, insinuationis, comparitionis & exami-  
*sitionis* notandum, III. videbimus personas, quæ sine nota con-  
tumacia testimonium recusare & quatenus id facere pos-  
sint, IV. tandem poenæ testimoniū contumacium  
subjicientur.

*confiteetus &  
ordo disputa-  
tionis propo-  
sitionis*

CAP. II.

DE  
TESTE CONTUMACE IN  
RELATIONE AD JUDICEM.

## CONTENTA HUJUS CAPITIS.

**J**udex esse debet competens, nec prorogationi locus est, §. I. queritur: an testis contumax audiat, si a iudice superiori citatus parere recusat, id quod admittatur, §. II. obseruanda tamen practica, l. 3. §. 6. ff. d. test. ut & privilegium de non euocando, §. III. quodnam sit illud privilegium explicatur, & quinam illo gaudeant, adducuntur, §. IV. quid si in una ciuitate, que privilegio de non euocando gaudet, duo iudicia concurvunt, inferiorus & superiorius? §. V. queritur: an laicus sit index clericorum competens, & an clericus ad testimonium dicendum cogi possit? §. VI. resp. clericum cogi posse, §. VII. non tamen a iudice seculari, §. II.X. dantur causas, ubi clericorum testes forum secularum agnoscere tenentur, §. IX. reliqui comparere tenentur vel coram ipso iudice, §. X. vel coram commissario, §. XI. an coram delegato commissarii? negatur. Recensentur tamen exceptions, §. XII. in criminalibus delegatio non facile a iudice suscipienda, qua etiam de iure cibili plane illicita, §. XIII. de praxi interdum permititur, §. XIV.

## §. I.

**R**equiritur autem, antequam respectu judicis testis *Judex esse debet competens.* reus fit, ut iudex, sive magistratus, fit competens. Dico: iudex, sive magistratus. Post-

quam enim iam olim illa iudicium datio, qua siebat a magistratu, l. 14. ff. de reb. jud. l. 4. §. 3. de off. ej. cui mand. juris, in usu esse desit, magistratusque ipsi judicare jussi, magistratus & iudicis nomen confundi coepit, l. 2. §. 5. C. de pedan. jud. §. f. inst. de interd. §. 9. f. de publ. jud. atque hodie unum pro altero promiscue usurpari solet. Hunc judicem dico competentem esse debere; presupponendum enim, penes illum, qui jubet aliquid, jus esse imperandi & jubendi, quo deficiente ab alio exigere nequit, ut voluntatem & iusta expleat, & alter dum libertate sua utitur, nullo modo delinquit, adeoque contumaciam non incurrit, unde

optime Hermogenianus in l. 53. §. 3. ff. de re jud. adserit: *contumaces non videri, nisi qui cum obedire deberent, non obsequuntur*, & Paulus in l. fin. ff. de jurisd. Extra territorium *jus discenti impune non paretur*. Testes quippe cogere ad testimonium dicendum est actus contentioꝝ jurisdictionis, qui in eos, qui aliena jurisdictioni subjecti, exerceri nequit, Carpz. *jurisp. eccl. I. 3. def. 24. n. 4.* & sic judex incompetens ut mere priuatus consideratur, qui pronunciando sententiam fert ipso jure nullam, unde id, quod statuit, nullam rei judicatę continere autoritatem Imperatores Diocletianus & Maximianus in l. 3. C. de jurisd. omni. jud. rescribunt. Id quod ex mea sententia adeo verum, ut nequidem invito judice ordinario prorogatio locum habeat. Quamuis enim DD. communiter hic in contrarium adferant l. 2. C. comm. utr. jud. unde inducere volunt, hoc unice a voluntate citati dependere, an comparere velit, annon; hodie tamen, ubi posseſſio jurisdictionis moribus & consuetudinibus recepta atque ipsa jurisdictione in patrimonio, siue commercio posita, prorogationem jurisdictionis locum non habere censeo, ne judices ordinarii careant fructibus jurisdictionis suꝝ. Unde nec vasallo licet hodienum sine consensu Domini sui, in cuius patrimonio est jurisdictione, coram alio comparere, id enim faceret cum injuria domini sui, Duaren. ad tit. de judic. rubr. de for. comp. inde etiam apud Carpz. p. i. c. 16. def. 29. in causa Christoph Neudels in Ballfeld ita pronunciatum: Da der Landes-Fürst, von dem eure Frage meldet, die Person, deren auch in euerer Frage gedacht wird, mit den Ober- und Nieder-Gerichten beliehen, und Seine Fürstl. Gnaden gedachter Person Unterthanen zu zeugen in bürgerlichen und peinlichen Sachen citieren wolte; So geschicht von hochhermledeter Ihrer Fürstl. Gnaden solches vermöge der Rechten, wosfern des Orths dem Hoff- und Canzeley- Gebrauch nach ein anders nicht hergebracht, per subsidium und durch befehlich an den Unterrichter billig, B. R. W. Si igitur judices ordinarii subditis suis inhibere possunt, ne

co-

coram alio judice compareant, sequitur etiam, quod sine consensu judicis sui nec volentes ex rationibus modo dictis comparere possint, Oswald. Hillig. in Donell. l. 17. cap. 10. lit. N. Unde infero, quod si testis extraneus sponte compareat sine permisso judicis ordinarii, cui subest, ille a parte aduersa recusari possit, partim quod non legitime citatus fuerit, partim quia praefumtio contra ipsum oritur, quod semet ipsum ingesserit & hinc suspectus habetur, arg. l. 25. ff. de procur. l. 5. §. 10. ff. d. 7. immun. l. 3. C. qui milit. non poss. Nec mouet autoritas dissentientium, Lauterbachii colleg. theor. præf. de test. §. 8. Hahnii ad Wesemb. eod. tit. n. 2. Carpzouii jurispr. confessor. l. 3. d. 24. & aliorum, qui hac ratione utuntur, quod veritas hic magis, quam solemnitates inspiciende, regerimus enim, quod quando LL. solemnitates requirant, illæ necessario adhibendæ sint, idem enim est non fieri & non legitime fieri, arg. l. 6. ff. qui satisd. cog. gliss. ib. l. 4. §. 6. ff. de reb. jud. ejusmodi solemnitates vero intuitu testium requiruntur, & inter illas legitima citatio refertur, utpote quæ testimonium judiciale ab extrajudiciale distinguit, Speckhan. quest. jurid. cent. 3. cl. 3. quest. 10. Concludimus inde, quod quo magis incommodum evitetur, judex consulte faciat, si testes ad examen non prouocet, nisi prius consensus judicis eorum ordinarii imperatur. Exceptio tamen hic erit 1) in vagabundo, hic enim, quia nullum domicilium habet, a quo cunque judice in quocunque loco ad testimonium perhibendum adstringi potest, 2) eo casu, si periculum est in mora, mortis ipsorum testium, &c. consensus judicis ordinarii non præcise requiritur, Gail. l. 1. obseru. 93. n. 4.

§. II. Sed inde jam alia quæstio resultat: an videlicet testis contumacia poenam incurrat, si non quidem a jure max. audit, dice immediate ordinario, sed superiore, non requisito magistratu inferiore, citatus parere recusat? ad quam generaliter cum Rauchb. p. 1. quest. 13. (ubi prolixe hanc materiam ventilat,) adformatius respondemus. Quamuis enim judicis

cis inferioris potestati permittatur, ut testes citare possit; id tamen juris necessitati non subiacet intuitu superioris, scil. ut hic judicis inferioris citationem requirat, si causa coram ipso ventilatur, vid. l. 40. ff. de judic. nec sequitur, princeps jurisdictionem inferiori concessit, ergo sine ipsius praescitu testem sub illo degentem citare nequit, plane enim diuersa haec sunt, a quibus male fit illatio, l. Papianus 20. ff. de minor. Pertinet hoc regula vulgata de jure ciuili, quod concedens jurisdictionem inferiori, intelligatur eam in dubio non priuatice, sed cumulatice concessisse, Panorm. in c. pastoralis n. 6. X. de off. ord. adeo, ut eadem potestas & iurisdictione superiori intuitu causarum, quae coram ipso ventilantur, aduersus homines subditos sui inferioris etiam deinceps competit, juxta regulam: si vinco vincentem te, multo magis te vinco, c. autoritar. X. de concess. prebend. in 6. l. 14. §. itaque ff. de divers. & temp. prescr. Unde etiam dicitur, quod judicium soluatur vetante eo, qui majus imperium possidet in eadem jurisdictione, l. judic. solu. 58. ff. de judic. quia per superuenientiam majoris cessat minoris Magistratus jurisdictione, l. s. C. de off. rect. prou. immo hoc contra retinentiam & fidem principi ab inferiore debitam impingeret, quibus tamet saluis jura intendi debent, Coler. de proc. execut. p. 3. c. 7. n. 31. Anchoran. l. 2. quest. aur. 48. n. 8.

*Observanda  
tamen practi-  
ca, l. 3. §. 6. ff.  
de test.*

§. III. Quamvis vero, ut modo demonstratum, judicis superiori, sive principi, haec euocandi potestas regulariter competit, obseruanda tamen omnino venit practica l. 3. §. 6. ff. de test. ubi circa euocationis materiam ita sanctatur: *testes non temere euocandi sunt per longum iter, & multo minus milites auocandi sunt a signis, vel muneribus, perhibendi testimonii causa, idque Diuus Hadrianus rescripsit, sed & Diui fratres rescriperunt, quod ad testes euocandos pertinet, diligentiae judicantis est explorare, quae consuetudo in ea provincia, in qua judicatur, fuerit.* Idque duabus potissimum ex rationibus, partim, ne testibus officium suum

um, quod iudicio & veritati præstant, nimis damnosum,  
l. 7. ff. quemadmodum testam. aper. ibique Bart. partim, quia  
partibus valde onerosum esset, frustaneos & non necessa-  
rios sumtus erogare, arg. l. u. C. de test. Gail. l. u. obf. 98. in f.  
Et inde in praxi obseruatur, quod circumstantiis ad. l. ad-  
ductis occurrentibus articuli ad judicem testis ordinarium  
interdum transmittantur, isque per compulsoiales adi-  
gatur, siue, si inter duos judices nemo superior, nemo in-  
ferior, per litteras mutui compassus, aut subsidiales, ger-  
manice Compasß-Brieße, rogetur, ut citata parte, aut pro-  
curatore eius, testes examinet, atque ita depositiones ad  
locum judicii remittat, quæ perinde valent, ac si coram ipso  
judice causæ factæ fuerint, l. 18. C. de fid. instrum. Quomodo  
vero literæ mutui compassus conficiantur, de eo vid. Dn.  
Prefidis Einleitung zum ciuil. Proc. cap. 15. §. 29. Et not. ad  
conf. crim. art. 72. Deinde notandum, quod nec a judice et- ut & priuale-  
iam superiore illi, qui priuilegio de non euocando, aut alia gium de non  
quadam speciali concessione muniti, ad supra euocando.  
muni-  
hi possint, quia ejusmodi euocatio nullius foret utilitatis,  
cum testes nihilominus impune testimonium recusare poi-  
sint.

§. IV. Est autem priuilegium de non euocando exem- Quodnam sit  
illud priuile-  
gium, expli-  
catur.  
tio, qua subditi, qui alias coram judice, qui ius euocandi  
habet, comparere obligabantur, speciale priuilegium na-  
tum sunt, quo mediante non nisi coram judice suo immedia-  
te ordinario semet sistere tenentur, vid. Rhet. institut. jur.  
publ. l. 1. tit. 6. Gaudent illo priuilegio precipue subditi quinam illo  
principum electorum, idque per A. B. cap. u. §. 1. unde quia gaudent,  
de effectu hujuscem prouilegii exinde uberrime constat, ver-  
ba in vernacula hic adducere liber: Wir ordnen und sezen  
hiermit, daß kein Graff, Freyherr, Edel, Ritter, Lehn-Dienst  
oder Burg-Leuthe, noch andere Personen, so den Stiftern, Kir-  
chen, oder Gottes-Häusern in Magdeburg, Cölln, oder Trier zustän-  
dig und unterworffen, welcherley Standes, Würden oder Be-  
sen sie seyn, auf eines Klägers anhalten aus ihren Landen, Ge-  
bie

bieten und Gränzen solcher Stiffter und deren Zubehörungen, fürtan zu keinem andern Gericht geladen werden sollen, und mögen, dann vor die jetzt erwehnte Gerichte zu Mayns, Trier und Cölln, wie solches bisher ebenmäsig gehalten worden, &c. die cetera solle nicht erscheinen, noch Antwort geben, &c. dieselbe Ladung soll in keinen Kräften noch Würden bestehen, sondern ganz nichtig ab und tod seyn, conf. caput. Leopold. art. auch sollen und wollen, &c. 18. idem in specie de subditis electorum & ducum Saxonie adstruit Carpz. in tr. de priuileg. elect. & duc. Sax. de non adpell. th. 29. n. 31. seqq. Licet autem reliquis statibus imperii hoc priuilegium eo tempore concessum non fuerit, hodie tamen nulla intuitu eorum differentia deprehenditur, vid. Sylu. Germ. Deutscher Reichs-Staat. tom. I. p. 4. cap. I. §. 7. p. m. 437. unde etiam Gail. l. I. obs. 98. n. 2. testatur, quod commissarii camerales mediatos imperii subditos euocauerint quidem, illis vero semper a statibus contradicunt fuerit, sic ut etiam in contradictorio obtinuerint: Quamobrem mutato statu imperii Romani illud amplius defendere non possumus, quod Speckhan quæst. jur. cent. 3. class. 3. p. m. 956. de potestate camerae imperialis circa euocationem mediatorum subditorum ex l. deprecatio 9. ad l. Rhod. de jacl. & l. fin. C. de quadrienn. prescript. adstruere conatur, quia scilicet camera supremum principem & dominum orbis Romani repræsentet, & proinde quam late patet imperium, dictæ camerae jurisdictio se extendat. Hodie igitur omnium etiam imperii statuum subditi hoc gaudent jure, ut a camera testimonii dicendi causa euocari non possint. De hoc enim solum folliciti sumus, nam quid obtineat, si in alieno territorio delinquunt, contrahunt & ibi deprehenduntur, & quomodo hoc casu priuilegio suo uti non possint, de eo vid. Sylu. Germ. Deutscher Reichs-Staat ad l. I. Porro dantur & aliae ciuitates & provinciae municipales, quæ hoc priuilegium consecutæ sunt, sic ut a dicasteriis senatui articuli transmittendi sint, ut ipse ciues suos ad illos examinet, imo confuetudine etiam hoc jus

jus introduci posse statuit Carpz. p. 1. c. 16. d. 29. in f. Eiusmodi priuilegium possident Lipsientes, qui ad curiam provincialem non nisi per subfdium senatus vocari possunt, Carpz. proceſſ. l. 7. art. 3. n. 44. seqq. prout etiam obtinet in Lufatia, ubi subditi ne quidem a supremo adpellationum senatu irreqūsito judice immediato euocari possunt. Sic quoque consistoria in electoratu Saxonie non immediate citant, sed demum requisito judice seculari, vid. *resol. grātiam de anno 1612. tit. von consistorial-* Sachen, conf. Schilter, ex 7. th. 10.

§. V. Quid vero, si in una ciuitate duo judicia concurrunt, quorum unum altero superius, ciuitas vero priuilegio de non euocando gaudet, queritur: *an testis ciuitatis de non euocando gaudet, priuilegio a superiori judicio citarus sine nota contumacie comparitionem denegare possit?* negatur, nisi priuilegium illud demum post existentiam supremi judicii ciuitati, & expresse magistratui ciuitatis tamquam judicii inferiori a principe concessum, alias ciuis in testem euocatus utique parere tenetur, cum id, quod in fauorem justitiae introductum, in ejus detrimentum & protractionem flecti non debeat. Beneficium quippe de non euocando faret ciuibus, ne extra ciuitatem cum damno suo a re familiaris auocentur, non autem tribuit magistratui priuatue examinandi potestatem & illam superiori denegat. Priuilegia enim stricte sunt accipienda, nec ultra literas temere extendenda, Bart. in l. 1. ff. de LL. c. priuilegia. difſ. 3. Imo licet princeps ante magistratui examen testium concederit, nihilominus tamen ille deinceps pro lubitu jus suum exercere potest, per superuenientiam enim majoris magistratus ceflat jurisdictio minoris, l. 5. C. de off. reg. provinc. Certo respectu hic quoque applicari potest, quod habetur in Sächs. Land. R. l. art. 55. §. wenn der Graff, &c. scilicet quod quandounque rex, vel imperator intrauerit provinciam vasalli fui, siue is dux fuerit, siue comes, aut quicunque alias, ejus jurisdictio cesseret, cum quo conuenit Land. R. l. 3. art.

6. §. in welcher Stadt, junct. art. 26 & art. 56 unde communiter dicitur: in welches Land der Kaiser kommt, da ist ihm das Gericht ledig, daß er alle Klagen richten mag, die vor ihn kommen, quod tamen salua superioritate territoriali statuum imperii, saluisque aliis priuilegiis intelligendum. Demum notandum, quod nulla etiam præscriptio contra principem currat respectu hujus priuilegii, cum hoc meræ facultatis sit, quamvis princeps judici inferiori per temporis spatium circa examen testimoniū aliquid indulserit, l. 2. ff. de via publ. gloss. & DD. ib. gloss. in l. 1. C. de annal. exc. vid. casum huic pertinentem in terminis intuitu ciuitatis Wismariensis & supremi tribunalis regii apud Meu. p. 3. dec. 151.

*Queritur: an laicus sit iudex competens clericis, & an clericus ad testimoniū dicendum cogi possit?*

*Respondetur, clericum cogi posse.*

§. VI. Antequam vero hanc circa priuilegium de non euocando materiam mittimus, meretur adhuc ventilari quæstio de foro competente clericis. Cum enim cleris regulariter semet a jurisdictione laicorum exemptum esse pretendat, queritur: *an clericus a judice ad testimoniū dicendum cogi possit, & quinam iudex sit competens?* ut vero ordine procedamus, duo hic membra distinguenda veniunt, 1) *an clerici cogi possint?* 2) *an hoc a judice seculari fieri queat?*

§. VII. Quod prius adtinet, an coactio ad testimoniū perhibendum intuitu clericorum locum habeat, adformati quo minus respondeamus, impedimentum non video. Clerici enim non reperiuntur in numero personarum, quæa necessitate testandi exemptæ sunt, nec in catalogo priuilegiatorum, de quibus infra cap. IV. Quamvis enim obstat videatur adsertum Theodosii in l. 7. C. de episc. & cler. ubi dicitur: *nec honore, nec LL. episcopus ad testimoniū dicendum flagitetur, item: episcopum ad testimoniū dicendum admitti non decet, juncta ratione, nam & persona oneratur, (vel, ut legitur in codice Theodosiano, debonestatur,) & dignitas sacerdotis exenta confunditur;* respondetur tamen, quod adl. lex de clericis a judice secu-

71.

seculari regulariter non cogendis loquatur, Brunnen. *in d.l.n.1.* & hæc ratio sufficere potest explicationis. Licet enim sint, qui statuunt, verba illa intelligenda esse de casu, si veritas aliter haberi nequit, & extra hunc casum clericos excusatos esse, nec cōgēndos contendunt, *Gail.l.1. obs. 100. n. 16.* Brunnen. *ad l. 17. C. de test.* hanc tamen explicationem admittendam non esse existimo, & dicere potius, clericum semper, et si alii testes forsū haberi possent, examinandum esse, cum majorem fidem facere possit, quam alii, præcipue cum inueniantur, qui dicunt, quatuor clericis & sacerdotibus plus credendum esse, quam sex laicis & secularibus, *Marta conf. 44. n. 4. & conf. 87. n. 30. 31.* Durand. *in spec. l. 2. part. 2. de requisit. n. 8. conf. Carpz. p. 1. c. 10. def. 69.* neque sane eorum dignitas eo ipso minuitur, ut prætendent, quando in causis laicorum testimonium dicunt, cum veritatis dictio potius virtutis opus sit, ut oppres-sis succurratur, & iniurianti occurratur, adeoque minime concedenda ipsis erit exemptio. Vnde quoque jure consuetudinario nulla diversitatis ratio attenditur, siue personarum secularium, siue religiosarum, sed perinde ac laici ad testificandum hodie clerici sunt compellendi, Pingitz. *quaest. 35.* Mart. Coler. *p. 1. dec. 21. p. 2. decis. 24.* prout non solum in Germania, sed etiam de consuetudine Belgii & Galliæ, teste Paul. Christin. *dec. 17. n. 8. seqq.* obtinet.

§. IIX. Progredior ad alterum questionis membrum: *Non tamen a*  
*an & quatenus a judice seculari clericus ad testimonium co-*  
*judice secula-*  
*ri.*  
 gi possit, & annon semet exceptione judicis incompetenis tueri queat, si a seculari citatur? cuius questionis difficilior est explicatio. Communiter a DD. hic negatiua defenditur, quam etiam eosque extendunt, ut clerici nec volentes se jurisdictioni seculari ad perhibendum testimonium in præjudicium jurisdictionis episcopalnis subjecere possint, & hæc sententia ex mente eorum firmatur (1) per can. 22. c. 22. q. 5. ubi ita: *nullus ex ecclesiastico ordine cuiquam laico quidquam supra sacrosancta euangelia jurare præsumat.*

Lauterb. coll. theor. præf. de test. §. 9. (2) per cap. 12. X. d. foro comp. ubi expresse reperitur, clericum nec jurisdictionem judicis secularis prorogare posse, ne quidem cum juramento, quia hoc statuta & concilia canonica Mileuitam & Carthaginense impugnat, Carthaginensis concilii verba adduxit Exc. Dn. Böhmer de jur. eccl. præt. l. 2. t. 2. §. 37. Postquam enim clerici ex imperatoris concessione ab initio sibi audientiam, siue nudam notionem adrogarunt, l. i. C. d. episc. aud. intempestiuus erga religionem ardor effecit, ut magistratus ecclesiastici omnigenam jurisdictionem exclusa plane potestate seculari sibi vindicarint, imo confirmationem hujusce usurpationis deinceps ab ipsis imperatoribus obtinuerint, vid. Friderici auth. statutum C. d. episc. & cler. Et inde exortum, quod in jure prouinc. Saxon. l. i. art. i. dicatur, zwey Schwerter ließ Gott auff Erden zu beschirmen die Christenheit, dem Pabst das Geistliche, dem Kayser das Weltliche, ad eoque corruptam hac in parte apud pontificios jurisdictionem hodienum dolemus, quæ hierarchia non solum cum tranquillitate reipublicæ, sed & ipsamet salute ecclesie pugnat, vid. Excell. Dn. Böhmeri disser. prælimin. ad jus eccl. protest. §. 21. & passim. Quidquid tamen sit, hodie clericorum exemptionem a potestate judicis secularis ex femel recepta praxis corruptione recte urgere valent, nec nisi a judice ecclesiastico ad testimonium dicendum compelluntur. Id enim prærogatiæ datum est dignitati clericali, Gail. l. i. obs. 100. n. 16. Balduin. d. cas. conf. l. 2. cap. 9. cas. 19. Farinac. de test. qui 6. n. 7. Carpz. juris conf. l. 3. def. 24. Finckelth. obs. 95. quæ praxis non solum apud ippos papicos mansit, sed & ad foro protestantium permanauit, ubi coram magistratu ecclesiastico tamquam judge suo proprio testes itidem examinantur, B. Dn. Stryk. V. M. ff. d. test. §. 7. Et hoc priuilegio tota clericorum gaudet familia, Meu. p. 3. d. 173. Cothm. resp. a. cad. 17. de foro com. §. 3. forum priuilegiatum quippe regulariter ad uxores & liberos extenditur, Klok. vol. i. conf. 39. n. 44. Brunneman. jur. eccl. cap. i. §. 12. in f. a quo tamen fa-

mu-

muli & ancillæ conduceditii merito excluduntur, utpote quod nec ex ipso jure canonico probari posse pontifici etiam factentur, Barbos. de jur. eccles. l. 1. c. 39. §. 2. n. 57. conf. excell. Dn. Boehmeri jus eccles. l. 2. tit. 2. § 34. 44. Porro dicto priuilegio omnes gaudent, qui sub nomine clericorum veniunt, siue, qui in ecclesia Dei deseruiunt, ut loquitur c. cleris i. dist. 2. v. g. Acoluthi, exorcistæ, lectores, ostiarii, organici, &c. qui omnes jurisdictioni ecclesiasticae subjacent & ut testes vocati, non nisi coram judice ecclesiastico examinari possunt, nisi per specialem constitutionem principis etiam coram ordinario judice seculari comparare jussi, prout hoc ita in ordinatione ecclesiastica ducatus Magdeburgici cap. 28. secl. 3. §. 2. a ferent. LL. constitutum, add. Dn. Mylli constitut. Magdeb. p. 2. c. 1. §. 23 & 25. ubi ita: vor dem consistorio nun haben ihr forum alle Prediger, so viel ihr Amt und personal Sachen betrifft, die Küster aber, als welche Inhalts Unserer Kirchen-Ordnung von jedes Orths Obrigkeit bestellt, auch wann sie sich in ihrem Amt der Gebühr nach nicht bezeugen, auf vorgegangener cognition von derselben beurlaubet werden, sollen das forum vor jedes Orths Obrigkeit agnosciren. Cum enim in foris protestantium clericis quidem forum ecclesiasticum & priuilegiarum, sed ex mera principum gratia & indulgentia conceatum, a principibus itidem pro lubitu exemptio illud restringi, minui & penitus auferri potest. Inde in ordinat. consil. Hasso-Cassell. cap. 8. magis adhuc priuilegium clericorum intuitu fori ecclesiastici restrictum, quippe ubi disponitur, das in andern civil- und politischen Schuld- und dergleichen Sachen und Forderungen, die mit ihrem Geistlichen Stand und Amt keine Gemeinschaft haben, (inter quas causas etiam examen, si ut testes producuntur, procul dubio referendum,) bey ihrer ordentlichen und weltlichen instantz und Gerichts-Zwang gelassen werden sollen. Quid? quod in nonnullis ciuitatibus imperii immediatis, ut Hamburgi, Noribergæ, Bremæ, &c. consistoria plane sublata, & clerici æque ac laici senatu subsunt, & eodem cum ceteris foro fru-

fruuntur, vid. Dn. Böhmeri *jus eccles.* cit. I. §.38. Id etiam in Marchia obtinet, quod clerici non minoris ordinis solum, sed & ipsi concionatores, die Prediger, coram patronis & ordinario judice forum fortiantur in causis civilibus, adeoque ut testes producti incompetentia fori semet tueri nequeant, sed refractari etiam a judice seculari ut contumaces puniri possunt, conf. Dn. Präf. Einl. zum consistor. Proces cap. 5. ubi §.2. ipsa verba der Märkischen Kirchen-Ordnung, tit. 10. §. final. adducit, & omnia, quæ ad competentiam fori clericorum spectant, fuse pertractat.

*Dantur tam  
men casus,  
ubi clerici  
testes forum  
seculari a-  
gnoscere te-  
nentur.*

§. IX. Quamvis vero regulariter, ut in præcedenti §. ad naufragium demonstratum credo, clerici de iure canonicum coram judice seculari comparere nequeant; dantur tamen aliqui casus excepti, ubi etiam a judice laico citari, examinari, imo cogi possunt, videlicet (1) si consensu episcopi, aut judicis ecclesiastici accedit. Potest enim hic licentiam dare judici laico, ut testem clericum coram se ipso examinet, can. 2.c. 14. qu. 2. Mascard de probat. conclus. 1365. n. 61. Gail. l. 1. obs. 100. n. 16. Brunnem. adl. 7. c. de episc. & cler. n. 6 & 7. Videtur enim sic ipse judex ecclesiasticus per secularrem tanquam delegatum hoc examen expediuisse, Carpz. l. 3. def. n. 10. (2) examinatio & coactio clerici a judice seculari recte sit, exigente ita necessitate, utpote quæ non tantum non subest LL. sed lex potius subest necessitatibus, arg. l. 7. inf. ff. de administr. & peric. tut. cap. concilium 2. X. de obseru. iugun. ideoque si in mora periculum, v. g. tempore pestis, belli, &c. clericus coram judice seculari examinari potest, quoties enim præsens necessitas postulat, etiam coram incompetente judice facta receptio valet, Gail. l. 1. obs. 23. n. 4. maxime si imploratio judicis ordinarii moram cum periculo amittenda postea probationis inuoluit, Guid. Papa decif. Gratianop. qu. 6. Ex eodem fundamento etiam judex secularis clericum delinquentem sine consensu episcopi reprehendere potest, si res moram non patiatur, & præsens fuga periculum adsit, B. Stryk. ad Brunnem. *jus eccles.* l. 3. cap. 1. §. 12.

§. 12. (3) clericus apud nos protestantes sine contumaciæ nota judicium seculare declinare non potest, si ad superius statim tribunal vocatur, quippe quod ipsum principem representat, cui clericci tam in causis ciuilibus, quam ecclesiasticis, quatenus imperium & judicium humananum patiuntur, virtute iuris episcopalis suspensa & in principem translata, subsunt, Meu. p. 8. dec. 274. n. 2. Brunnem. *jur. eccl. l. 3. c. 1.*  
 §. 1. nec opus est, ut princeps, aut eius personam representans supremum tribunal, illos mediate & per subsidium judicii ecclesiastici ad testimonium dicendum vocet, dum judices ecclesiastici docere nequeunt, sibi jurisdictionem priuatiue concessam esse, sed potius illa cumulatiue data videtur, vid. supra §. III. conf. Zanger. *de except. p. 1. c. 2. n. 160.* Stryk. *ad Brunnem. jus eccl. l. 1. c. 6. membr. 12. §. 6 & l. 3. c. 1. §. 11.* adeoque princeps pro lubitu iurisdictionem ipse met exercere, nechoc pauluilla fori exemptio a clericis ad legari potest. Cum enim ecclesiam receperit respublica, ut alumnam nutricia, non est respublica in ecclesia, sed ecclesia in respublica, ut ex Clapmar. *de arcan. rerum publ. l. 3. c. 5.* loquitur Meuius *adius Lubecense. quest. 3. n. 4.*

§. X. Hisce igitur, quos hactenus recensuimus, exemptis, reliqui indistincte ad testimonium perhibendum obligantur, nisi speciali priuilegio exemptos semet docere possint, aut ipso jure securi & ex speciali beneficio exemptionem habeant, de quibus infra cap. IV. pluribus agemus. *vel coram ipso judge.*

Adeoque legitime a judice citati in judicio ipsi comparere tenentur, id quod melius, Gail. l. 1. obs. 102. n. 4. Carpz. l. 3. resp. 87. n. 1. cum testimoniiis solis, seu scriptis testimoniis depositionibus in iudicio producetis iudicique exhibitis fidis plena semper adhiberi non possit, unde in l. 3. §. 3 ff. *de test.* Diuus Hadrianus Iunio Rufino pro Cs. Macedonie ita rescriptis: *quod criminis obiecitur apud me Alexander Apro, & quia non probabat, nec testes producebat, sed testimoniis uti volebat, quibus apud me locus non est, nam ipsos interrogare soleo: quem remisi ad prouinciae praefidem, ut is de fide*

fide testimoniū quereret, & nisi impletisset, quod intenderat, regalaretur. Item Gabinio Maximo idem princeps rescript in d. l. 3. §. 4. alia est autoritas presentium testimoniū, alia testimoniū, quæ recitari solent, tecum ergo delibera, ut si retinere eos velis, des ius impendia, judex enim optime ex testimoniū præsentium vacillatione, constantia, reliquisque circumstantiis colligere potest, quantum depositionibus eorum tribuendum sit, dum non satis certis regulis definiri potest, quæ cuīque rei probandæ sufficiant, sed judicem ex animi sui sententia estimare oportet, quid aut credat, aut parum sibi probatum opinetur, prout dicitur in cit. l. 3. §. 2. ff. de test.

*vel coram  
commissario.* §. XI. Minime tamen exinde infertur, testes semper a judice ordinario citari debere, nec eos contumaces audi re, si a commissariis, quæ ab ordinario judice subinde dari confuerunt, citati comparitionem denegant, delegatio enim illa licita est, quamvis concedamus, judicem non nimis facilem esse debere in potestate hac aliis deleganda, Carpz. l. 3. resp. 87. n. 7. & sic delegationi nonnisi exigente necessitate locus datur, nou. 90. c. 5. l. 15. ff. de jurej. l. 18. C. de fide instrum. ita multitudo caufarum sacerdios non permittit, ut judices ipsi negotio examinis sufficiant, unde in camera semper coram commissariis testimoniū examen perficitur, & ibi partes commissarios nominare solent, qui deinde per sententiam interlocutoriam confirmantur, Gail. l. 1. obf. 94 & 96. n. 1. nisi sint suspecti, tum enim alii conceduntur cum potestate adjungendi notarium, principibus vero indistincte alium adjungere licet, ut eo sincerius omnia expediantur, Gail. adl. l. Bernh. Græuen. in eund. & hunc in finem in R. J. nouiss. de A. 1654. cautum, quod etiam praxis cameræ confirmat, ut per testes probaturus commissarios petat ad eorum examinationem, juxta §. dahero 47. ibi: wenn dasjenige, was Kläger vorgebracht, vom Beklagten negirt werden, soll Kläger darauff in dem folgenden termin commissarios zu ernennen, und commission zu bitten schuldig seyn. Interim quatenus hoc

hoc laudandum, quod in camera super commissione decernenda partes prius audiri soleant, de eo vid. Meu. p. 3. d. 203. qui praxin hancce ut protelandæ litis medium forte non si-  
ne ratione reprehendit. De iure provinciali Würtembergico itidem examinationem testium per commissarios ob-  
tinere testatur Lauterb. coll. theor. pract. tit. de test. §. 6. ut &  
in Italia, de cuius praxi quedam notatu digna hic adfere-  
mus. Dum enim ad probationem per testes deuentum,  
hinc inde a partibus dantur confidentes, h. e. ab utraque  
parte in schedula quadam, quæ neutri partium communica-  
tur, nominantur commissarii non suspecti, quod si jam par-  
tes in eosdem commissarios consentiunt, res expedita est,  
id est, dantur illi commissarii, qui utrique parti sunt con-  
fidentes, sive in quos simul consentiunt, de quibus vid.  
Felin. in c. super question. de offic. & potest. jud. deleg. Spec.  
tit. de requif. consil. §. 1. n. 3. Missis autem hifce, quod ad  
praxin cameræ attinet, adhuc breuibus hic adducere liceat,  
quod eiusmodi commissio, quæ fit ad testium examinatio-  
nem, a cameralistis vulgo dicatur *commisso in com-  
muni*, quæ differt a *commissione in optima forma*, quia  
haec decernitur ad recipienda & transsumenda instru-  
menta, umb brieffliche Ulykunden aufzunehmen, sed haec  
raro obtinet, quia in camera instrumenta judicialiter  
& in vim probationis produci debent, & hinc saltem in  
eo casu decernitur, quoties periculum subest in transmissi-  
one instrumentorum, v. g. si in archiuis alienis inter mo-  
numenta publica adseruantur, item si testamenta amplissi-  
marum hereditatum, ubi originalia sine periculo transmit-  
ti non possunt, sed haec obiter, vid. Gail. l. 1. obs. 96. Blum.  
proc. camer. tit. 73. n. 39.

§. XII. Controuertitur vero a DD, an etiam testes ob-  
ligentur coram delegato commissarii comparere, & an hoc *An coram de-  
legato com-  
missarii ? ne  
gatur.*  
casu ob inobedientiam contumacæ penam incurrant? negatiua verior. Dele-  
gatus enim ab ordinario regulariter subdelegare non potest,

quia propriam non habet iurisdictionem, sed mandatam & sic alieno utitur beneficio, *I.5. l.6. ff. de iurisd. omn. judic.* ubi exprefſe Julianus & Paulus ad mores majorum prouocant, & ita antiquitus obſeruatum eſſe adſerunt, *tum demum iurisdictionem mandari posſe, si quis eam ſuo iure non alieno beneficio habeat.* Id quod porro exinde quoque liquet, quia ubincunque industria personæ electa, ibi per ſe patet, ſubdelegationem locum non habere, *arg. l.31. ff. de foliū. l.un. §. si vero talis. C. de cad. toll.* Eſt enim inter homines magna differentia, & ingenii, & naturæ, & doctrine, & institutionis, ut in *adl. l.31. de foliū.* ſtatuitur, quod reſpectu commiſſariorū adplicari posſe, extra dubitatio- nis aleam poſitum eſſe exiftimo. Interim tamen hanc ſen- tientiam varias pati exceptiones negare non poſſum. Fal- lit enim (1) ſi partes in id conſeruent, & ſe met voluntario iurisdictioni ſubdelegatorum ſubjecerint, tunc quippe de nullius agitur præjudicio, & testes ſemet conformare de- bente voluntati producentium: (2) exceptio ad eft, ſi plures commiſſarii dati ſunt conjuuenit & diuifim, ſub formula: *Si non omnes, prout hoc in camera plerumque fit, Mynd. cent. 3. obs. 41.* & unus ita ſubdelegat, tunc enim testis ex ca- pite nullitatis testimonium declinare non poſteſt, ſaluator quippe examen, utcunque partes contradixerint, & diſſimulatur haec nullitas ideo, ne utile per inutile vitetur, valuerit enim examen etiam ſine eo, qui aliud ſubdele- gauit. (3) Subdelegatus recte testes citare valet, ſi uniuersi- tatis cauſarum delegata, hoc enim caſu commiſſarius ut or- dinarius habetur, qui iuste delegat, *I.5. l.17. §. 1. ff. de iurisd.* (4) quarta exceptio demum erit in commiſſariis camerali- bus, utpote qui indiſtincte ſubdelegare valent, teste Gailio *l.1. obs. 97. n.7.* ubi ejusmodi ſubdelegationes admittas eſſe in cauſa Tübingen contra abbatem in Fuldenbach adferit, ex ratione, quod camera ſummi principis, ſive imperato- ris iudicium fit, unde delegatum ejus recte ſubdelegare po- ſe ſtatuit, niſi ſpecialiter industria personæ electa, quod ex

*exceptiones  
reſenſentur.*

circumstantiis & momento causæ dijudicandum, præcipue cum delegatus principis major sit omni superiorē in causa sibi commissa, c. pastoralis §. præterea de offic. jud. ordin. c. fin. §. fin. de offic. deleg. Sic ut commissarii cameræ sint receptores testium, cum ceteri commissarii non sint, nisi nudicexaminatores, inter quos, prout gloss. in clement. l. de offic. deleg. distinguit, hæc est differentia, quod receptor testium subdelegare possit, cum habeat jurisdictionem in recipiendo testibus, in puniendo contumaces & inciviles, ceteraque omnia expediendi, quæ ad examen pertinent, l. 14. inf. C. de testib. examinator vero subdelegare nequit, cum nullam plane jurisdictionem habeat, sed nudum saltem ministerium examinandi testes, postquam citati & juramentum præstiterunt, per text. notab. in d. c. fin. §. 1 & §. fin. de offic. deleg.

§. XIII. Sed hæc, quæ circa materiam de & subdelegationis haçtenus monuimus, de ciuilibus saltem intelligenda, nec ad criminalia indistincte extendenda veniunt, cum ubi majus est periculum, ibi major etiam debet adeste folllicitudo, & judex, si unquam, hic fane judicii acumine omnia ponderare debet, cum alias conscientia eius maximopere grauaretur, causa enim circa vitam, aut aliud damnum irreparabile versatur. Totum ibi momentum in debita, & legitima examinatione testium consistit, ex testium enim dictis desumitur probatio, & e probatioне postea sententia fertur, unde non male a Zieriz. ad C. C. C. art. 72. examinatio dicitur anima processus, & admodum periti esse debent, qui testes debito modo examinant. Tunc enim quid testium prober

*In causa criminali non facile delegatio a judice facienda.*

*auditus, visus, persona, scientia, causa,  
fama, locus, tempus ac certum, credulitasque,  
dum testes recipit, judex hec cuncta notabit.*

De jure ciuili plane non permittitur, ut hoc casu examen De jure ciuili de regio  
testium delegetur, sed testes ab ipso judice examinari debe plane illicita.  
re iubetur, vid. notabilis auth. apud eloquentiss. C. de fid. in-

*strum, jung. l.3. ff. de testib. nou. 90. c.5. inf. id quod etiam factetur imp. in constit. crim. art. 72. ubi: wievoll dann auch sonst nach gemeinen Rechten in peinlichen Sachen außerhalb derselben Gerichts-Persohnen nicht Rundschafft-Verhörer und commissarien gegeben werden sollen. Iple quippe judex melius ac securius ex sermone & vultu, qui teste Cic. l.3. de orat. *imago animi est*, deprehendere potest, quid quantumue testibus eorumque depositionibus credendum, unde etiam in C. C. C. arric. 71. idem ab imperatore præcipitur, verbis: *so soll der Richter, usque ad fin. vid. Dn. Praes in eand.* Adeoque testes, sius ciuale inspiciamus, in criminalibus in causa factæ delegationis sine contumaciæ nota testimonii dictationem reculare possunt, vid. Farinac. tit. 8. quest. 77. cap. 2. ubi plusquam 600. DD. citat autoritates.*

*De praxi interdum permittitur.*

XIV. Et hæc de jure ciuili; de praxi vero & jure Germanie variae adseruntur limitationes, quæ potestatem delegandi judici ordinario etiam in criminalibus interdum concedunt, quarum non est postrema, quam imp. adl. art. 72. const. crim. recenset: dieweill aber an verständigen Rundschafft-Verhören viel gelegen ist, damit aus Verstand dieser Rundschafft-Verhörer keine Verkürzung geschehe, so ordnen und wollen Wir, wenn ein peinlich Gericht, wie dann im Reich an vielen Orthen befunden, mit solchen ob bemeldeten dazu verständigen Persohnen nicht besetzt wäre, daß disfalls die obgedachten verzeichneten Weizungs-articul durch den Richter und Schöppen, der vor gemeldeten nechsten Obrigkeit zugeschickt, und darbey Gelegenheit und gestalt der Sachen, so viel sie der Bericht empfangen, angezeigt werde, darauf dann dieselbe Obrigkeit verständige Rundschafft-Verhörer, umgeachtet ob sie nicht des Gerichts wären, auff ansuchung des, der Rundschafft führen will, verordnen, sc. Equidem hicce justitiæ defectus hodie in Germania per Dei gratiam in melius mutatus est & hinc prædictam imperatoris constitutionem non amplius praedicari confido; interim tamen dantur adhuc alii casus, ubi delegationem commissariorum ad examinandos testes decer-

18.

cerni posse, nemo facile dubitabit. Quo pertinet (1) si causa criminalis leuioris momenti sit, ut agitur de poena pecunioria exiguae quantitatis, ibi enim periculum adeo grane non occurrit, Farinac. qu. 78. c. 2. n. 91. (2) si testes sub alterius sunt jurisdictione, tunc etiam in causis criminalibus examen alteri committi posse fundatum in l. 18. pr. C. de fid. instrum. Bald. in auth. apud eloq. C. eod. n. 1 & 2. (3) si testes in magna dignitate constituti, idem obtinet, vid. Jac. de Arena in auth. apud eloq. C. d. fid. instrum. per textum auth. sed index. C. d. episc. & cler. (4) in defensionibus rei, si reus, v.g. probare vult, quod tempore commissi delicti in eo loco non fuerit, vid. Farinac. qu. 77. c. 2. n. 101. Plures limitationes hic adducere superfedeo, videri tamen possunt ex apud Farinac. loc. add. & DD. qui ibidem magna serie recensentur. Imo hodie unanimiter DD. concludunt, generali Germaniae consuetudine receptum esse, ut judex, si velit, examen testium alii committere possit, propter utilitatem publicam, ne delicta impunita maneat, Gail. l. 1. de pac. publ. c. 9. n. 9. seq. Hunn. in encyclop. jur. p. 2. tit. 19. cap. 5. n. 6. adeo, ut testes non sine contumacia nota ejusmodi commissarios & delegatos judices recusare possint. De praxi cameræ conf. Myns. cent. 3. obs. 40. Gail. l. 1. obs. 96. Fabric. in eund. add. Græu. conclus. pr. concl. 96. confid. 1. ubi ita receptum esse propter supra §. XII. adductas rationes testantur, idque etiam in grauissimis criminibus, dum ex g. in crimina frater publicæ id ita practicatum testatur Mynsing. add. 1. Non tamen inficiamur, perperam id fieri omnino, quapropter concludimus, si de obseruantia non constet, juri ciuili melius inhaereri, præprimis cum consuetudo & obseruantia tantum habeat de potentia, quantum probetur de usu, Bald. in l. ult. n. 9. C. commun. utr. jud. conf. Dn. Præl. Einl. zum civil-Proc. c. 15. §. 28 & 29. Demum ut testes se fistant coram ipso judice in causis presertim altioris momenti, eo magis necessarium facit confrontatio cum inquisito facienda, vid. Mart. ad O. P. S. t. 28. §. 1. n. 27.

CAP.

## CAP. III.

DE

CONTUMACIA TESTIVM  
RESPECTUcitationis, insinuationis, comparitionis & ipsius de-  
mum examinis.

## CONTENTA HVIVS CAPITIS.

**T**ransitio ad hoc caput, §. I. citatio testium necessaria, §. II. ut & citationis insinuatio, que ex adesto nuncii probatur, §. III. quid si nuncius referat, testem citatum dixisse se nolle venire, an statim contumacia pena locum habet? negatur, §. IV. inde testis, antequam prima vice citatus contumax audit, prius audiendus, §. V. quid si commissariata citationis testimoniis commissariis non adiectum, an comparere nibilominus teneantur, §. VI. antequam testis comparare tenetur sumitus ipsi erogandi venient, §. VII. defumatum affirmatio, §. VIII. an testis sub praetextu lucri domestici testimoniis declinare posset, §. IX. tandem sequitur comparatio, §. X. ubi a judice attendi debet (1) tempus, §. XI. (2) persona testis citati, §. XII. juramenti prestatio, ubi varie intuitu testium occurruunt controvseriae, §. XIII. jura-menti demonstratur necessitas, §. XIV. formula iurandi adducitur, juramen-tum remitti non potest, §. XV. unde nec clerici exempti, §. XVI. an clericis sub formula bey ibrem priesterlichen Gewissen admittendi? §. XVII. quid sen-tiendum de formula: an Eches Statt, §. XI. X. quid si quis juramentum peccatum esse existimat? §. XIX. quid sentiendum de formula: bey Fürstl. Gräffl. Adelichen Ehre und Treue? hec non admittenda, §. XX. nisi con-trarium receptum, §. XXI. testis porro contumax audit, si in scriptis non vero viua voce testarivult, §. XXII. quid vero, si testes si secreta reuelare nolle jurarunt? resp. nibilominus obligantur, §. XXIII. in instantia a pellationis, que hactenus dicta itidem obtinent, §. XXIV. subiectur tandem quæstio de testimonio judicis, an illud juramento confirmandum, §. XXV.

## §. I.

Transitio.

**P**ostquam itaque in praecedenti capite, quid circa ju-dicem considerandum & quatenus testes contuma-cia poenam eo casu, quando ad judicem referuntur, incurvant, recensuimus: sequitur, ut secundum or-dinem judiciarium quid circa citationem, insinuationem, comparitionem & ipsum denique examen occurrat, & quo-mo-

modo ibi refractarii contumaces audiant, explicemus. Et quidem primo de citatione.

S. II. De hac sequentem ex communi DD. sententia regulam præmittimus: testis ad testimonium dicendum legitime est citandus, quod si vero non citatus deponit, non valet ejus depositio, per text. in l. si quando. C. de test. & in nomine Domini. X. eod. & exinde inferimus, testem contumaciæ poenam non incurgere, nisi de legitima a judice competente facta citatione constet. Est enim citatio principium & fundamentum totius judicii, §. f. 3. d. pen. tem. litig. c. quoniam, u. X. d. probat. qua deficiente torus actus redditur nullus, clem. pastoralis de re jud. l. de uno quoque ff. eod. l. nam ita Diuus ff. d. adopt. add. Gail. l. i. obs. 48. n. 1. Hinc in quolibet actu citatio requiritur, etiam in notoriis & coram ipso imperatore, Philipp. Port. commun. opin. l. i. concl. 43. ubi illam regulam, quod omnis actus judicarius citationem requirat, latissime demonstrat. Debet autem esse legitima, i. e. omnia citationis requisita continere, ne actus reddatur frustratorius, alias enim in contumaciam procedi nequit. Adeoque fieri debet ab ipso judice, licet enim jure ciuili etiam a parte factæ citationes permisæ, l. 12. C. de test. hodierno jure tamen, ubi priuata in jus vocatio obsoleuit, merito sit citatio a judice, qui (1) nomen suum præmittit, ubi etiam nomen officii, v. g. die Berg-Gerichte zu N. sufficit, (2) nomen citandi, (3) nomen citationem impletantis, siue probaturus sit, siue reprobaturus, (4) contine-re debet citatio causam & actum, ad quem quis citatur, ut se veniat atque ad articulos, vel interrogatoria exhibita in hac, vel illa causa, mediante juramento deponat, denique (5) terminus adjiciendus, qui citationi nominatim inferendus, ille videlicet, ad quem partes ad producendum ex parte producentis, & ad videndum jurare testes ex parte aduersarii, citati, vid. Dn. Promotor. Einleit. zum civil Proc. c. 10. Gail. l. i. obs. 48 usque 53. Brunnenm. proc. ciu. cap. 3. Hisce ergo neglectis, cum totum negotium a citatione depen-

E

deat,

deat, prout dictum, contumaciæ poena nunquam infligi potest. Ideoque in praxi diligenter ab aduocatis animaduerti solet, an citatio vitio quodam laboret, ut citatum ad comparendum non obliget, inualida quippe citatio nullum producit effectum, nec aliquem in mora constituit, adeo, ut si tali citatione præcedente nihilominus procedatur, sententia, sive proclama nullius sit momenti, *gloss. in c. de causis verb. venire de offic. deleg.* Matth, ab Afflictis decif. 309 m. 16. paria enim sunt, non fieri, & non legitime fieri, *l. 6. ff. qui satisd. cog. l. 1. §. 6. ff. quod cuj. uniu. nom. & ibi gl. in verb. in- habitis.*

*Ut & citatio-  
nis insinua-  
tio.*

§. III. Quia vero citatio, et si nullo vitio laboret, nullius est effectus, nisi ad notitiam citati peruererit, inde lucce meridiana clarius patet, insinuationem citationis itidem, & quidem legitimam, necessariam esse, dum alias ad contumaciæ poenam judex progredi nequit, nisi demonstretur, quod citatio more consueto facta sit, Dn. Præf. *Einsl. zum civil Proc. cap. XI. §. 10.* quomodo autem insinuatio fieri debeat de jure communis, de eo vid. *l. 2. C. quam. & quand. jud. l. 13. §. 21. ff. de excus. tut. l. 1. ff. de agn. lib. de praxi moderna modus insinuandi certis regulis circumscribi nequit, sed a consuetudine & obseruancia cuiuscunque judicij de- pender.* In camera fieri solet per nuncium cameræ, durch den geschworenen Cammer-Gerichts-Bothen, idque ordinarie, quia vero ex nimia locorum distantia praxis illa ad effectuна saepius deduci nequit, per Notarium in camera immatriculatum, aut si nec hoc fieri potest, per alium quemlibet Notarium, Dn. Præf. *Einsl. zum civil Proc. cap. X. §. 18.* In aliis judiciis aliter, scilicet vel per nuncium judicij, *Canjeley-Diener, Gerichts-Frohnen, &c. qui deinceps sub schedula citationis testatur, se huic, vel illi, citationem insinuasse, vel per Notarium, aut alterum quendam, sine sexus distinctione, Dn. Præf. *Einsl. add. l. §. 19 & 20.* In Saxonie itidem fit per nuncium, qui postea per documentum insinuationis, sive recepisse, prout de praxi adpellari consuevit, & quod ab i-*

pfo

pfo citato confici debet, illud testatur. Hacce igitur (quocunque modo fiat) deficiente insinuatione, contumacia e-manentis cum effectu accusari nequit, Dn. Boenigk. *pract. practic. cap. 7. in notab. n. 6.* inde in casu accusatae, sed non satis probatae contumaciæ desuper ferri solet sententia interlocutoria, probationem insinuationis injungens, D. Boenigk. *ad. l. n. 7.* qua demum plene probata ad poenam contumaciæ a judice procedi potest.

§. IV. Dum autem veritas insinuationis ex adserio *Quid si nun-*  
*nuncii demonstratur, quæstio exinde oritur, si nuncius re-*  
*cus resert,* se'citasle quidem, citatum vero testem respondisse, se'cum dixisse,  
*nolle venire, nec comparere, illum lacerasle schedulam ci-* se' nolle veni-  
*tationis, aut aliud quid commisisse, quod in præjudicium, re, an statim*  
*aut despœdum judicij vergere possit, an hoc casu fides nun-* ad panam  
*cio habenda, & an statim ad poenam contumaciæ procedi proœdi pa-*  
*possit? in qua quæstione variant DD. sententiae. Sunt, teſt?*  
*qui adfirmatiuam tuentur, sunt etiam, qui negatiuam defendunt.* Qui nuncio credendum esse adfirmant, hac ratio-  
*ne utuntur, quia antecedente concessio consequens quo-*  
*que concessum videtur, arg. cap. præterea de offic. de legat. &*  
*l. 2. ff. jurisd. omn. jud. commissio igitur citationis officio (ut-*  
*pote antecedente) cuius ratione nuncio creditur, videtur  
*etiam concessum illud, quod venit in consequentiam cita-*  
*tionis, sc. attestatum de responsione citati, Bartol. in l. tres*  
*denunc. 9. C. quom. & quand. jud. Et in hac sententia hæ-*  
*rent Franc. Panorm. & DD. in cap. cum parati coll. 6. vers.*  
*ultimo querit Boer. dec. 277. Tiraq. de retr. lig. §. 6 & 8. n. 17. &*  
*alii. Hisce vero non obstantibus contrariam sententiam*  
*defendunt Bald. de adpell. n. 4. Jafon. in l. 13. §. 8. ff. de judic.*  
*Bertrand consil. 164. vol. 3. haec nisi ratione, quia extra judi-*  
*cium facta confessio, siue responsio de non comparendo,*  
*veram non arguit contumaciam, prout in terminis habet*  
*gl. in c. venerabilem. §. secus de sentent. excommun. in 6. Et*  
*hanc sententiam saniores existimo, quam & magis com-*  
*munem adserit Gabr. Rom. l. 2. ad rubr. de citation. concl. 4. n.**

3. in f. Nec mouet ratio a dissentientibus in contrarium adducta, illa quippe tum demum procedit, si consequentis & antecedentis par ratio, secus autem si consequens est maior, tunc enim non videtur concessum illi, cui permissum saltem est antecedens, quod minus, ut notabiliter dicit Bartol. in l. 2. ff. d. jurisd. omn. jud. præcipue quia res magni momenti est, dum per ejusmodi inobedientiam principis autoritas læditur, quæ in contumacia adeo præfracta vindictam atrociorum meretur, quæ tamen simul in maximum citati præjudicium vergeret, si soli nuncio crederetur, vid. cod. Fabrian. lib. 4. tit. 15. def. 28. ubi ita etiam praxi Sabaudiae obtainere adseritur, quamvis in Gallia & Delphinatu contrarium statutum sit. Concludimus jam ex mitiori sententia, judicem testem ipsum defuper audire, & antequam contumaciæ poenam dicteret, inquirere debere, annon testis sòngicam, quare ad testimonium dicendum comparere non voluerit, caufam, vulgo Ēhehaffien, habuerit, conf. Dn. Præf. Einl. adl. I. cap. X §. ult. Eadem decisio est, si adparitor, sive nuncius adserit, se a teste citato verberatum, aut alia injuria affectum fuisse, es habe sich der citire Zeuge an ihm vergriffen, oder unbescheidener Reden gebraucht und verlaufen lassen, vid. Guid. Papa dec. 628. Paul. de Castro vol. consil. 165. n. 3.

*Inde testis  
antequam ob-  
primam ci-  
tationem  
contumax  
audit, prius  
audiendus.*

§. V. Ex eodem principio, quod judex, in quantum fieri potest, mitiorem semper viam eligere debeat, porro fluit decisio quæstionis: *an judex statim, si testis ad primam citationem non comparet, ei pœnam dictare possit?* quam negatiue decidendam censemus & testis prius audiendus, rationes adlegare possit, quæ sòngicæ sint, & ipsum a poena liberare queant, cum quilibet præsumptionem bonitatis profe habeat, donec contrarium demonstretur. Si vero ejusmodi rationes adlegare nequit, tunc, cum in incrementum iustitia vergat, quascunque litium præcidere ambages, contumacibus prima statim vice poena merito dictatur. Id quod etiam a Carolo M. l. 3. capit. 45. æquum judicatum fuit,

fuit, dum sub titulo *de manirione secundum legem ad mallum* ita constituit: *si quis ad mallum (judicium) legibus manitus* (i.e. citatus) *fuerit, & non venerit, si eum sunnis, saunnis,* (legitimum impedimentum, ehehafften,) *non detinuerit, 15.* *solidis culpabilis dijadicatur*, vid. Meinders de judic. centen. cap. 4. §. 57. Quamuis enim sint, qui commissarium moneant, ne primæ statim citationi poenam inferat, nisi terminus probationis valde breuis, constitutionem tamen ob modo dictam rationem utilissimam censemus, ut quo lites abbrevientur, primæ citationi poena statim adjiciatur, prout etiam optime sanctum in ord. Pomer. tit. 55. §. 5. geben Wir Ihnen hiermit Macht, daß sie allezeit das gegenheil und die Zeugen nach grösser Sachen bey Poen 10, 20, 30. fl. für sich bescheiden, und da sie ungehorsamlich aussenblieben, sie zum andernmahl bey zwiefacher Strafe verren und Uns ihren Ungehorsam vermeiden, daß Wir durch Unsren *nica* die bedruckte und verwickete Straffe von ihnen einzufordern haben. Brunnem proc. ciu. cap. 20. n. 45. Respectu ipsius partis tamen poenali citatione opus esse non puto, cum satis poenæ sit, quod parte emanente testes in contumaciam examinentur, auth. sed si quis ab aliq. C. d. test. Brunnem proc. ciu. c. 20. n. 45. Ceterum, quod materiam de poena testium contumaciam adtinet, ordinaciones processuales cujuscunque prouincie probe attendi debent, cum alicubi, quod secunda vice emanentes in poenam demum incident, expresse constitutum reperiatur, prout hoc in ord. proc. Magd. cap. 30. §. 15. cautum: sollen Canzler und Räthe, oder deren commissarius, &c. hies mit befehlicht seyn, scilicet die Zeugen erstlich ohne commination, wann sie sich darauff aber nicht gestellen, zum andernmahl bey 10, 20, 30, Gulden für sich bescheiden, id quod etiam in electoratu Brunsvicensi ita obtinere patet, conf. Thuri. Braunschw. Oberadpellar. Ordin. tit. 8. §. 30. ubi modus compelleandi testimoni contumacem præscribitur, verb. sollen die commissarii ihm zum andernmahl bey 10. Goldgl. oder nach Beschaffenheit der Personen bey 10. Rthl. Straffe etieren, scilicet Ubicunque vero

istiusmodi limitata constitutio non occurrit, judex primæ statim citationi poenam juste adjicere potest, prout supra dictum.

*Si commissario citatio-*  
*nis testium non adiectum, an*  
*comparere nifiles etiam ex hoc capite se excusare solent, quod a com-*  
*bilominus testis missarii citati quidem fuerint, hi tamen originale commis-*  
*seatur?*

§. VI. Cum autem contumacia illa sit natura, ut homines quoconque modo obedientiam sub specioso nullitatis titulo declinare intendant, Oldend. tr. d. test. n. 7. hinc testes etiam ex hoc capite se excusare solent, quod a commissariis citationi non adjecerint. Putant ergo, se ad comparendum non fuisse obligatos, quod non presumatur pro jurisdictione delegata, cum sit facti, & hinc probacione indigent. Sed calua est ejusmodi excusatio, & verior manet eorum sententia, qui statuunt, sufficerentorem commissariis citationi insertum esse, per text. in c. 2. de dilat. & ibi DD. item DD. in l. 2. ff. si quis in jus voc. non fuerit, satis enim est, ut testis, postquam comparuit, licentiam habeat urgenti ipsius originalis exhibitionem, ut sic plena fides ipsi fiat de jurisdictione delegati, priusquam respondeat, & hoc est, quod Archidiaconus scribit in c. si episcop. 3. q. 2. transmissione copie sufficere ad comparendum, non vero ad respondendum, conf. Ant. Faber in cod. l. 4. t. 14. d. 7. n. 6. Ita etiam in camera obtinere & pronunciatum esse in causa Sabinen Welserin contra Leonhard Hirschvogel, testatur Mynsing. cent. 3. obf. 1. Non tamen eorum sententiam probare possum, qui statuunt, quod delegatus ne quidem inferere citationi testium tenorem delegationis teneatur, & quod sufficiat, in citatione adserere, se delegatum esse, & post comparitionem demum ostendere rescriptum commissoriale, veluti existimat Felin. in c. i. d. libell. obl. ubi & hanc sententiam communem dicit, quem sequuntur Ruland. d. commissar. p. 2. c. 2. n. 6. item Bruninem. proc. ciu. cap. 20. n. 44. Non enim presumitur pro jurisdictione delegata ex ratione supra adducta, quia illa facti est, quæ nostra opinio tutior quoque omnem auferit cauillandi materiam. Interim dicta limitationem patiuntur, si testis eo loci commoratur, ubi delegatus, vel in propinquo.

quo, tunc enim Felini & ceterorum dissentientium sententia obtainere potest. Ceterum & hic praxis fori inspicienda, nam in quibusdam locis obtinet, ut testes etiam fine adjunctione copiae commissorialis simpliciter citentur, facta saltem commissionis mentione, prout hoc in Marchia ita obtainere patet ex formula, quam tradit B. Strykius in *additam ad proscript. cap. 18. §. 3.* Hoc tamen ubique ita in praxi non obtainere testatur Beier *Volckmann. emend. p. 1. cap. 66. n. 9.*

§. VII. Videamus nunc, quid respectu sumtuum, qui *Antequam testibus erogari solent, notandum.* Extra omnem vero *re tenetur,* controversiae aleam positum est, quod judex curare debeat, *suntus ipsi quo testibus, si ex locis remotioribus euocantur, sumtus a erogandi ve-* produceat suppedimentum, uti hoc evidenter patet ex *I. n. niant.*

*I. 6. C. & I. 3. I. 4. ff. de testib. I. 1. §. f. de adpellat. nemini enim officium, quod iustitiae utilitatibus publice prestat, damnum esse debet, I. 7. ff. quemadmodum testam aper. nemo etiam jacturam pro alieno commodo sentire debet, I. 17. C. de test. nec propriis sumtibus militare cogitur, c. cum ex officio. 16. d. proscript. & c. jam nunc. 28. q. 1. Erogatio itaque sumtuum fieri debet a producente, tam ab auctore, qui articulos probatoriales, quam a reo, qui reprobatoriales offert & testium examen desiderat, expensas actus enim is soluere tenetur, qui actum fieri vult, arg. I. prætor ait. 4. §. 1. ff. de edend. h. u. §. 1. ff. ad exhib. Antequam igitur de illis sumtibus testis certior redditus, comparare non tenetur, c. statutum §. proferend. de re-script. in 6. nec per consequens contumax audire potest, si emanet.*

§. IX. Quomodo vero hi sumtus aestimandi sint, una *De sumtuum regula, ut explicemus, non sufficit, quia deficiente expres-simulatione.* sa constitutione omne negotiorum arbitrio judicis subeft. Interim tamen haec generaliter præmittere possumus instar regulæ: si testes peregre euocantur, ipsis viaticum necessarium nulla habita ratione, vel deductione sumtuum, quos alias domi fecissent, plae soluendum. Dum enim testis in eo grauatur, quod inuitus domum egredi, negotia dome-  
stica

stica negligere, & testimonium ferre cogatur , merito in alio releuari debet, quod sumtus sine detractione consequatur, Græu. *concl. pr. 99. conf. 1.* nisi expresse contrarium per statuta, aut ordinationes & consuetudines prouinciales receptum, veluti in *ord. pr. Magd. cap. 33. §. 2.* doch seynd die Unkosten und Zehrung, so der Zeuge dieselbe Zeit in seiner Behauung, oder Handlung oder anderer gestalt ohnedem auffwendet und haben muß, hievon abzutürzen. Deficiente vero ejusmodi constitutione merito inhaerens priori sententiae nullam detractionem concedentes, ex supra dicta ratione, quæ fundata est in *d. cap. statutum. §. proferendo de rescript. in 6.* ubi glossa notabilis in verb. *expensas* dicens, producentem sumtus & expensas abitionis , moræ, stationis & redditus apud iudicem deponere debere, Gail. *I. i. conf. 99. n. 2.* id quod, antequam testis contumaciam argui potest , attendendum , & pro cautela in praxi diligenter notandum, testis enim opus non habet, ut domo exeat, & ad locum examinationis proficiatur, antequam sumtus depositi , prout hoc late probant Surdus *de aliment. tit. 4. l. 17. n. 31.* Zieriz. *ad const. Carol. art. 75.* Græu. *concl. pr. 99. n. 5.* Quantitatem sumtuum quod attinet, jam supra diximus, multum hic tribui arbitrio iudicis, interim tamen & hoc generale notandum, quod ad testimoniū qualitatem hic a judge respici debeat, quia hoc respectu magna intuitu sumtuum differentia reperitur. Nobilibus enim ceterisque personis egregiis equi , vecturæ & famulorum sumtus suppeditandi, Surd. *adl. tr. tit. 4. c. 21. n. 7* & *10.* famulum enim tenetur alere, quicunque alimenta praeflare obstrictus domino famulo digno, Surd. *c. 18. n. 10.* ubi illud in specie ad DD. extendit. Aliud in personis vilioris conditionis obtinet, si enim hujus farinæ testis bene valens, qui pedester ire poterat, sumtus fecit in equum & vecturam , ipse soluere , atque ita suæ conditionis excessum in faciendis sumtibus ferre debet , Rutg. Ruland. *de commiss. p. i. l. 3. c. 13. n. 10.* Optandum interim esset, ut in singulis judiciis certus modus sumtuum erogandorum præscriberetur & sic

CON-

controversiae, quæ ex hoc capite saepe oriuntur, amputantur. Hunc scopum intendit imp. Carol. V. & modo dicto defectui medelam adferre voluit in criminalibus, v. const. crim. art. 75. ubi etiam ad statum personarum, quæ in testimonium euocantur, respicit, verb. wer in peinlichen Sachen Kundschafft führet, der soll einem jeglichen zeugen von meinen Leuthen und Fußgängern für seine Kosten einen jeden Tag, dieweil er in solcher Zeugschafft ist, 8 Erenzher, oder so viel werths (quod efficit 4 grossos Misnicos, cruciger quippe, ein Erenzher, testet Alemann. in palestr. consult. 8. p. m. 577. 6 obulos Misnicos efficit, Rener, Budelius de mon. & re numm. p. 78.) nach eines jeden Landes Münz Gelegenheit geben. Aber mit andern und mehrern Persohnen soll es derhalben nach Erkäntniß der Kundschafft verhöret gehalten werden. Sed & hæc constitutio judicium subest arbitrio, nec hodienum stricte eidem inhærente necesse est, quia tempora mutata & pretia rerum fere ad duplum creuerunt, Clafen. ad d. art. n. 2. in ord. pr. Magd. renou. cap. 33. a sereniss. LL. quam optime singularia determinata videmus, cujus verba hic inserere libet: Damit zwischen dem Zeuge-führer und denen Zeugen der Unkenst halber alle Irrungen vermieden bleiben, sezen und ordnen Wir hiermit, daß, wenn der Zeuge einer von Adel, oder sonst eine Persohn von condition, daß er seines Standes halber, Kutschchen, Pferde und Dienner unumgänglich halten muß, soll ihm der Zeugen-führer täglich 3 Rthlr. dem Zeugen aber, so dergleichen nicht bedarf, und doch conditionis honorarioris ist, 30 ggl. dem aber, so gerlings und gemeines Standes ist, täglich 12 ggl. zu reichen verbunden seyn. Wir behalten aber Uns und Unserer Regierung bevor, bei denen Persohnen, so von condition sind, nach Beschaffenheit der Umstände, und wann sie zumahl von geringen Persohnen zu Zeugen angegeben werden, die Versetzung zu thun, daß sie mit Reisen verschont bleiben, und in denen Häusern abgehobet werden sollen.

§. IX. Alia adhuc questio occurrit: an videlicet testis *Tisis an sub* comparitionem impune denegare possit, si producens mer- *prætestu de-*

*negati lucri  
domestici te-  
stimonium de-  
clinare possit*

cedem, quam domi adquirere poterat, præbere recusat. Cacheranus *decif.* Pedemont. *dec. 46.* quæstionem hanc adfirmative simpliciter decidit, & senatum Pedemontanum ita judicasse testatur, nos vero sub distinctione respondendum esse censemus. Etsi enim temporis & emolumenterum, quibus quis ob absentiam carere debet, ratio plane non sit habenda, prout in terminis judicatum in camera, testatur Rulant. *de comm. p. i. l. 3. c. 13. n. 13.* secundum Bald. *in l. fin. C. d. fruct. & lit. expens. n. 12.* dum testimonium, quod in veritatis & justitia emolumentum fertur, gratuitum esse debet, nec lucrum exinde querendum, c. *non fane. 14. q. 5.* Guid. Papa *dec. 68. n. 5.* id tamen de illis saltem testibus, qui lucrum captant, intelligendum, minime vero de mercenariis, qui de damno vitando certant, dum ex labore manuum suarum, se, uxorem, & liberos sustentant. Hic ergo aequitati conueniens esse puto, ut operarum & diurnæ mercedis ratio habeatur, ne ex officio suo damnum inique patiantur, Brunnem. *ad l. u. ff. d. test.* Steph. Gratian. *discept. forens. l. 1. c. 57. n. 6.* Guid. Papa *ad l. n. 6.* ubi ita etiam in curia Delphinali obtainere dicit, quia hujusmodi opere diurnæ quasi in fructu sunt, adeoque merito attendendæ, *in hominis enim usi fructu opere sunt & ob operas mercedes*, prout dicitur in *l. 3. ff. de oper. seru.* Sequitur inde, mercenarium non obligari ad testandum, nec per consequens contumacem audire, nisi ipsi merces diurna præter reliquos sumitus submittretur.

*Tandem se-  
quuntur com-  
paratio.*

§. X. Acceptis sumtibus & dicto casu etiam mercedibus, testes tandem comparere in judicio, ibique mediante responsione ad articulos, veritati, quatenus notitiam causæ litigiosæ habent, litare tenentur, *l. 4. ff. quemadm. testam. aper.* idque in præfixo a judice citante termino productio-nis. Si enim testis in judicio quidem comparet, sed tacet, nec testimonium perhibere vult, *l. u. §. 4. ff. de interr. in jur. fac. glof. in auct. qui semel (quom. & quand. jud. verb. locum habet.* Rauchb. *p. i. q. 1. n. 7.* illius non minor est contumacia, quam

quam ejus, qui citatus plane non comparet, paria enim sunt, non venire, & non sufficienter venire, gl. in cap. si quis justo 46. §. si autem nullus verb. admitti. d. electi, in 6. adeoque ejusmodi contumacia haud minori poena coerceri solet, Carpz. p. 1. c. 10. d. 16. conf. Exc. Dn. Böhm. diff. de contumac. non resp. cap. 1. §. 26.

§. XI. Intuitu comparitionis autem iudex probe exa- *Ubi a iudice  
minet tempus & conditionem testis citati. Quoad prius attendi debet  
obseruandum, ne comparatio injungatur ad diem feriatum,*  
alias sine contu naciæ nota testis juste emanere potest, per  
l. 2. in f. ff. si quis in jus voc. l. 1. §. 1. ff. de fer. & dilat. unde ne  
quidem citatio die dominica insinuari potest, l. ult. C. d. fer.  
quidquid etiam de praxi contraria statuant Gail. l. 1. obs. 53.  
n. 5. Grœu. concl. pr. l. 1. concl. 53. conf. 1. Concedamus enim,  
nuncios cameræ imperialis ipso paschatos festo citationes  
& processus partibus insinuasse, prout id testatur Meier coll.  
argent. ad tit. d. fer. §. 21. praxin ejusmodi tamen cum Vultejo  
de jud. l. 2. c. 7 n. 340. merito improbamus, & non inquirimus,  
quid Romæ fiat, sed quid fieri debeat, quid quod in  
hærendum est juri communi, nisi necessitas suadeat contra  
rium & summa in mora adsit periculum, tunc enim exce  
ptionem adesse facile concedimus, v. Gail. d. obs. 53. n. 16. sed  
hæc dijudicatio arbitrio judicis & ejus prudentiae relinquentia.  
Multominus autem adsentire possum. Grœnw. de LL.  
abri. ad l. f. de fer. qui adhuc magis liberalis & ob dielum  
Davidis psalm. 106. beati, qui faciunt justitiam omni tempore,  
statuit, quod & die dominica testes examinare & de jurgiorum  
causis, si ita fert occasio, cognoscere judicibus religio  
ni esse non debeat. Subjicit adhuc aliam rationem, quia  
scil. judices pagani ibidem die dominica pro tribunali se  
re confueuerant, quas rationes satis ridiculas examinare hic  
superseedemus, praxin illam nude rejicientes. Non enim  
video, quale hic in mora periculum, & quomodo justitia de  
liuim sentiret, si sequenti die examen instituatur. Ex  
ceptio tamen est, si testis morti vicinus, sic enim necessitas,

quæ regulam non patitur, examen justum reddit, licet die dominica factum, Umm. *de proc. d. 7. n. 101.* Cum vero ex jure canonico in foris nostris receptum, quod citatus, si comparatio incidat in diem feriatum, sequenti die nihilominus comparere teneatur, & hinc in judiciis alicubi clausula usitata sit, und ob derselbelein Gerichts-Tag seyn würde, den noch sten Gerichts-Tag darauff zu erscheinen, quærerur: quomo-  
do hæc clausula intelligenda? ubi cum B. Dn. Strykio in us.  
mod. ff. ad tit. de fer. §. 9. respondendum puto, praxin illam  
tum demum effectum soriri, si citatio non expresse ab diem  
feriatum facta, sed terminus certorum dierum a tempore in-  
sufflationis computandorum eidem insertus, veluti hoc in  
citationibus cameræ plerumque sit, alias enim citatio pro  
nulla haberetur, Meu. p. 1. dec. 276.

(2) persona  
ieffis citari.

§. XII. Hæc de tempore. Porro etiam judex, qui contumaciam arguere vult testem, probe attendat personam & conditionem citati, idque præcipue intuitu religionis, tam ipsorum christianorum & trium in pace Westphalica receptorum religionum, (quæ multos ab inuicem separatos dies feriatis celebrant,) quam etiam iudeorum, cum illis, quorum religio & cultus diuinus in prouincia quadam toleratur, etiam jura religioni connexa concessa sint. Unde patet, quod si iudæus testis ad perhibendum testimonium die sabbathi citatur, pro contumace haberi nequeat, si non comparet, id quod ipsis etiam expresse ab imperatore in *l. die sabbathi. b. C. de iudeis.* concessum, ubi impp. Honorius & Theodosius ita rescribunt: *die sabbathi ac reliquis sub tempore, quo iudei cultus faire reverentiam feruant, neminem aut facere aliquid, aut illa ex parte conueniri debere precipimus, &c.* Quamvis vero negare haud possumus, praxin & hic non adeo stricte *ad l. inhärere*, cum nec ipsi iudei judicia christianorum adeo declinare soleant, (contra expresa verba siue sensum potius dicti rescripti, ubi reciproce & illis licentia adimitur, christianos orthodoxos eo die conuenire,) præsertim cum sint actores, ex op-  
mo-

nione, quod verbis sabbathi non violent religionem, modo opera manuaria desint, sic ut videri possit, ex jure talionis ipsos itidem cogi posse, ut in judicio judice exigente tanquam testes compareant; hisce tamen non obstantibus nihilominus adserendum puto, illos die sabbathi inuitos in judicium trahendos haud esse, ex ratione, quam pie subjicit B. Dn. Stryk. *u.s. mod. ff. tit. de fer. §. n.* quod nemo christianorum illa die judicis denegare possit illam quietem, quam summus rerum conditor ipsorum quieti destinauit, conf. *grac. confit. in l. 2. C. de jud.* sed juste itidem & legaliter reciprocere obseruet judex, ut & judicium die sabbathi christianum conuenire volentem a judicii limine repellat, ut & iudei discant, se, quod in illorum commodum sanctum, in detrimentum & praejudicium alterius trahere non posse.

§. XIII. Hisce ita obseruatis, testis rite citatus coram *Sequitur iu-*  
judice comparet, & ad juramentum testium adstringitur, *ramenti præ-*  
quod secundum in foris litium præbet materiam, & si un-  
quam, hic sane intuitu contumaciae diuersæ occurruunt qua-  
stiones, cum alii ex personæ qualitate, alii ex specioso & in-  
tempestiuo religionis prætextu juramentum & inde testi-  
monium declinare studeant, de quibus in genere regulam il-  
lam Grotii ad *Matth. 13. v. 48.* præmitimus: *scelerar manent*  
*scelerar, quo cunque demum nomine commendantur, imo eo sunt*  
*execrabiliora, quo magis speciosum titulum induunt.*

§. XIV. Quin juramentum, quo nullum vinculum ad *Eius necessi-*  
adstringendam fidem & corroborandam veritatem teste Ci-  
cerone *l. 3. de offic.* maiores arctius esse voluerunt, (*germ. der*  
*Zeugen-Eyd*) ex necessitate sit præstandum, non est, quod du-  
bitemus, cum tota depositionis substantia in juramento con-  
fistat, *Gail. l. 1. obs. 101.* adeo, ut sine illius præstatione nemini  
testi quantumcumque religioso fides adhibetur in præju-  
dicium alterius, *c. nuper. de test.* Crescente enim hominum  
malitia factum est, ut simplici adsertioni, vel negationi, non  
amplius creditur, *c. 26. X. de jurej.* sic ut juramentum nervus  
totius reipubl. a Lycurgo contra Leocratem dicatur, & o-

mnes fere apud gentes obtineat, & nec germani, fide germana semet amplius tueri possint. Quamuis enim olim Frisiorum legati gloriari potuerint : *nullos mortalium armis & fide ante germanos esse*, Tac. annal. l. 14. c. 54. quamuis etiam Maximinus imp. adferente Herodian. in Maxim. potissimum fidei germanorum consideret propter suumمام fidelitatem ; proh dolor ! tamen in illa sinceritate non semper substituerunt germani, sed pedetentim etiam antiqua illafides desicere coepit, sic ut postea itidem juramenta ut in ceteris, sic in testimoniosis etiam obtineri coeperint, & quidem ab initio eo solum casu, quando testes non erant fide digni, confer. LL. Longob. l. 2. tit. 28. quas concessit Lindembrog. in cod. LL. antiq. postea vero indistincte testes jura mento constricti, prout jam constat ex capitul. Caroli M. & Ludou. pii l. 7. c. 207. ubi ita : *testes priusquam de causa interrogentur, sacramento constringi debent, ut jurent, se nihil false esse dicturos. Hec etiam jubemus, ut honestioribus magis, quam vilioribus testibus fides admittatur.* (adhibetur.) Unius autem testimonium, quamlibet splendida & idonea videatur esse persona, nullatenus audiendum, quæ constitutio sine dubio ex l. 9. C. d. test. desumpta, prout ex collatione facile patet, ut & illa quæ habetur in LL. Visigoth. l. 2. tit. 4. l. 2. judex causa finita & sacramento secundum leges, sicut ipse ordinauerit, a testibus dato iudicium emitat, quia testes sine sacramento testimonium perhibere non possunt. Postea jure romano & canonicō in foris nostris recepto necessitas jurandi adhuc magis firmata, quæ jura in hoc unanimiter consentiunt, ut testium depositio nullius sit momenti, nisi juramento confirmata fuerit, l. 9. l. 10. C. de test. c. 51. c. quoniam. 5. c. licet uniuersis. 23. X. eod. Et hanc necessitatem in tantum extendunt DD. ut ex mente eorum nec ipse summus pontifex circa eam dispensare possit, prout ex Felin. in c. constitutis. de rescript. in 6. refert Gail. l. 1. obs. 101. n. 12. Nec ergo remitti potest juramentum, nisi ab ipsis partibus, c. tuis question. 39. X. de test. l. pen. C. d. pact. l. 41. ff. de minor. Carpz. p. 1. d. 77. n. 21. p. 3. d. 234. n. 18. i-

mo

mo interdum nec hæ remittere valent, & si remiserint, judex nihilominus ex officio testi juramentum deferre potest, si ita videtur, v.g. si agitur de præjudicio publico, siue animarum, ut in causa matrimoniali ubi remisso a partibus juramento judex illud nihilominus injungere debet, quod tanquam notatu dignum commendat Gail. *d. obs. 10. n. 5.* Ceterum quod praxin modernam attinet, conf. ord. pr. jud. *Saxon. tit. 20. §. Wenns nun hierauff. Magd. Proc. Ordin. cap. 30. §.*

*10. Carpz. p. 1. c. 16. d. 31.*

§. XV. Quanam vero sub formula juramentum illud *Quænam jurandi forma?* præstandum, cum & hictestes difficiles & tergiuersantes esse soleant, breuiter videndum. Olim varia conceptis verbis jurandi erat forma. In veteri lege jurabatur: *vivit anima mea, Jason in l. 3. §. jurari ff. de jurej. n. 2. item: hoc mihi addat dominus, c. & jurabit. 22. q. 1. per salutem & generationem principis. 2. Reg. 11. v. n. Bart. in l. 2. C. de reb. cred. per caput suum & filiorum suorum. l. 3. inf. l. 4. ff. de jurej. per sanctos & creaturas, quod tamen est species idolatriæ, c. considerat. caus. 22. q. 1.* Apud pontificios jurandi forma per sanctos, *santæ sanctorum.* Preterea jurabatur, *deus mihi testis,* 1. Reg. 12. id quod apud Romanos ue, aliasque gentiles itidem obtinuisse patet, unde *Virgil. l. 12. Aeneid.*

*est o nunc sol testis, & haec mihi terra precanti,  
& pater omnipotens, & tu Saturnia Iuno:  
audiat haec genitor, qui fæder a fulmine sancit,  
tango aras mediosque ignes & numina testor.*

Hodie ubique in judiciis recepta formula: *ita me Deus iuguet:* *So wahr mir Gott helfe und sein heiliges Wort, & qui dem merito, quia omne juramentum huic soli tamquam vero & unico *zeugoyōz̄n*, siue cordium scrutatori, inuocatio debetur, Anchoran. consil. 192. n. 1.* In c. 5. X. de testibus hæc formula habetur: *se non priuato odio atque amicitia, neque pro alio commodo, quod habuerint, vel quod habent, vel habituri sint, ad hoc jusjurandum inductos, & sicut ipsi dicunt, rei veritatem accepisse a majoribus suis & credere, ita esse; sed ea in*

*judi-*

judiciis hodie ita non obseruatur, unde aliam adferre liceat ex ord. pr. Magd. cap. 30. §. 10. juxta quam testes ita jurare tenentur: Ich N. N. schwere, daß ich in irrgen Sachen N. N. und N. N. betreffend, darinnen ich zum Zeugen angegeben, die rechte reine Wahrheit voraußich befragt werde, und was mir bewußt ist, aussagen, bekennen, und nicht verschweigen will, weder um Freundschaft, Feindschafft, Geschenk oder Gaben willen, oder wie es Nahmen haben mag, so wahr mir Gott helfe und sein heiliges Wort. Qui alias adhuc desiderat formulas, adire potest, Beier. Volckm. emend. p. 1. c. 80. ubi varias adhuc refert in Saxonia usitatas, quae tamen ab adducta parum discrepant. Ethæc juramenti formula, prout in quoconque judicio, seu foro recepta, nonnisi consentientibus partibus mutari, aut remitti potest, vid. adl. ord. pr. Magd. d. c. 30. §. 10. Wann nun die Zeugen vorgestellet, sollen sie in gegenwart des andern Theils, ja auch ohne dessen Beseyn, im Fall des ungehorsamen aussenbleibens, den Eyd schweren, und keiner desselben erlassen werden, es wäre denn, daß beyde Partheyen denen Zeugen den Eyd aus guten freyen Willen nachgelassen, und ihrer Betheirung auf ihre Gewissen trauen wolsten, add. ord. proc. jud. Sax. adl. tit. 20. §. Wenn es nun, &c. hinc quoque, quamvis testis aliam quandam sanctæ contestationis formulam substituere velit, & eandem juramento equipollere existimet, in judicio tamen non audiendus partibus inuitis. Sed viceversa etiam nec parti licet formulam mutare, multominus execrationes & imprecations addere, veluti: ob bey seiner Seelen Seligkeit, ob so gewiß, als er das höllische Feuer vermeiden wolte, ob dasfern ihn nicht der Teufel so fort holen solle, Zeuge also wahr sagen könne, ob da er also sagte, er nicht Gottes Fluch, die Hölle, zeitlich und ewig Verderben, verdienen würde, &c. Eiusmodi enim dira & execrationes partim ob impietatem, partim quia superflua, merito rejicienda, testis enim, qui verum jurisjurandi effectum cognoscit, omnia illa jam sub solita jurandi formula comprehensa esse persuasus est. Commissionibus etiam semper clausula inseritur: In gewöhnliche

che Cydes-Pflichte nehmet, ergo quod in illis insolitum, judex non admittit, arg. l. qui per salutem. 33. ff. d. jurejur. Ruland. de commissar. p. 2. l. 2. c. u. n. 38. seqq. plura vide apud Meu. p. 4. dec. 270. Carpz. p. 1. c. 16. d. 31. Brunnenm. proc. ciu. cap. 20. n. 56.

§. XVI. Ex dictis jam patet, quod nec ipsi clerici a contumacia poena liberentur, si ut testes producti juramentum ne juramenti prestatore detrectant. Ea enim, quæ non nulli ex intempeſtiva religione in fauorem clericorum adducunt, nullo ju-  
re, aut ratione nituntur. Nulla enim juris autoritate exemptionem clericorum a præstatione juramenti docere pos-  
sunt, militat potius contra eos tum generaliter legum supra  
adductarum, ratio, tum apertus textus c. 51. X. de teſt. ubi claris  
verbis pontifex disponit: *quod nullius testimonio, quantum-*  
*cunque religiosus existat, nisi jurato depofuerit, in alterius præ-*  
*judicium credi debeat.* Et præterea experientia teſtatur, cle-  
ricos adfectibus ſepe non minus regi, quam laicos, adeoque  
periculum ſubfelle, si illis juramenta remitterentur, ut loquitur Hahn. *ad Wesemb. tit. de teſt. n. 5.* utut enim dignitas i-  
psorum eximia fit, & eminentia, aut grauitas officii præ-  
functionem inducere poffit, illis etiam non juratis fidem ad-  
hibendam eſte, minime tamen illud necessitatem inducit,  
cum boni pastores a malis ſemper diſcerni non poffint. Ac-  
cedit, quod non habeant, quod conſcientiam eorum one-  
ret, dum non nif veritas ejusque sancta adſertio ab ipsis po-  
ſcitur, iisque non minus, ac alii, ad eam dicendam confirman-  
damque obligati ſunt. Imo refragatio clericorum ipſo-  
rum conſcientiae & officio non conuenit, partim quia jurame-  
ntum eſt species cultus diuini, Frantz. *ad tit. de jurej.*  
*n. 15.* & confirmatio veritatis, c. etiſ christus. 26. X. de jurej. par-  
tim, quod dubiam faciat tum ipſorum ſine probabili cauſa  
denegantium, tum aliorum fidem, contemnunt enim judi-  
cem, juramenta inter peccata referunt, veritatē defunt, cha-  
ritatem proximo debitam in neceſſitate non obſeruant, ut  
egregie dicit Meu. p. 4. dec. 256. Nec juuat alterum argu-  
mentum, quo ſemet excuſare ſtudent, adlegantes aut. ſed

G

judex.

*judec. C. de episc. & cler. ubi hæc verba reperiuntur: non tamen jurent; respondemus enim cum Setfero de juram. l.c. 9. n. 26 & 27. authenticam hancce minime esse authenticam.* Notum enim, quod pleræque authentica ex nouellis desumptæ sint & ab Irnerio, ut volunt, codici insertæ, adeoque non probant, nisi quatenus cum nouellis conueniunt, Hopp. *precogn. jur. c. 6. §. 6.* Lauterb. *in prefat. compend. jur.* major enim fides tribuitur scriptura matrici, seu originali, quam inde desumto, Meu. p. 1. dec. 9. Hæc vero verba: *non tamen jurent, in nou. 123. c. 7.* non reperiuntur, cum tamen exinde *d. auth.* desumpta, adeoque ea rejicienda, quin contrarium potius inde probatur, dum *d. nou. 123.* formam saltem dicendi testimonium per tacitum euangeliorum remittit, unde etiam *d. auth.* ulterius non intelligenda, Meu. p. 4. dec. 26. Brunrem. *in d. auth.* Reuber. tr. *d. test. p. 3. n. 37.* Setfer. *de juram. l. 1. cap. 9. n. 23. seqq.* Manet ergo, clericos testes ad præstationem juramenti omnino obligatos esse. Unde & Romani Vestales ceterosque religiosos juramento adstrinxisse leguntur, P. Ayrault. *in instruet. de proc. p. 3. l. 3. n. 33.*

*An clericis  
sub formula:  
bey ihrem  
Gewissen,  
abschittend?*

§. XVII. Sed quæritur, num sufficiat, si testimonium perhibere volunt, ut plerumque prætendere solent, bey ih̄rem priesterlichem Gewissen? negatiuam defendimus. Ubi cunque enim LL. juramentum necessario requirunt, ibi intelligitur in judicis juramentum corporale, ein zierlicher, gelehryter, corporlicher und leiblicher Eyd, sive tale, quod fit eritis digitis aliisque consuetis solemnitatibus accendentibus sub invocatione nominis diuini, Græu. *ad Gail. l. 2. concl. 59. n. 10.* Dn. Zoll. *diff. de promiss. sub fid. generos. von der Canalliers-parole, cap. 6. §. 4.* Quamvis enim concederim, ejusmodi verba alias firmissimam inuoluere adsercionem; attamen non quævis verba vim & efficaciam corporalis juramenti habent, sed saltem ea, quæ in formula jurandi in imperio Romano usurpari solent: so wahr helfe mir Gott und sein heiliges Wort, in quibus hodie forma essentialis juramen-

menti consistit, conf. ord. cam. p. i. a cap. 57 ad 85. Unde nec adsercionem: *h*eß dem Wort der ewigen und göttlichen Wahrheit, juramenti judicialis effectum producere, testatur Carpz. p. 2. c. 16. d. 6. Et insuper fides pastoralis pendet a fide pastoris, cum vero LL. pastorem a juramenti præstatione non eximant, neque adsertio sub sola fide pastorali admitti potest. Licet enim optandum foret, ut non alios haberemus pastores & ecclesiæ ministros, quam tales, quorum ea esset morum probitas & non adfectata pietas, ut nemo absque præstato juramento etiam de sinceritate & veritate illius, quod loquuntur, dubitare posset; cum tamen & ipsi homines sint, qui non semper affectibus dominantur, hinc semet a consuetu[m]a juramenti formula liberare non possunt, nisi partibus consentientibus & remittentibus. Non negamus quidem, quod judex probe agat, si partibus persuadere studet, ut clericis, præcipue si parochi sint, aut eorum confessionarii, juramenti formulam remittant, aut sub fide pastorali eos admittant, ast vero si partes hoc facere nolunt, inuitæ ad id adiungi non possunt. Et ideo Wittebergenenses in tali casu A. 1578. d. 8. Jun. pronunciarunt: Dass gedachter M. Mylius Superintendentens seines Vorwendens ungeachtet, sein vom gegentheil begehrtes Zeugniß vermittelst gewöhnlichen Zeugen-Edes, im Fall die Partheyen ihm solches nicht erlassen wollen, zur Steuer der Wahrheit zu geben schuldig, darzu er dann im Fall der Wegerung durch gebührende Mittel angehalten wird, B. R. W. Coler. det. 21.

§. XIIX. Ex dictis igitur rationibus facilis decisio est Quid sentie  
questiōnis, si alii etiam testes sub formula: an Cydes - Statt, endum de  
deponere volunt, an scilicet sub ea admittendi? de efficacia Cydes.  
dichæ formulæ, & an illa juramento æquipolleat, frequens Statt.  
apud DD. controuersia. Nos negatiuum defendimus cum  
Carpz. p. 2. c. 16. d. 6. Hartm. Pistor. lib. 4. c. 6. n. 1. & aliis, nisi  
verba addita sint: so wahr mir Gott helfe, idque ex ratione,  
qua jam in præcedentibus §§. adducta, quia nempe forma  
juramenti in judicii recepta per æquipollentia verba fieri

non debet, Meu. p. 1, dec. 146. n. 2. Serf. de juram. c. 16. n. 17. Alias etiam B. Dn. Stryk. U. M. ad tit. de jurej. §. 14. eo casu, quando pars parti juramentum detulit, distinguit, an con-  
fuetudo, vel sententia, corporale juramentum exigat, an vero de sola fide negotii questio sit, in præjudicium ipsius te-  
stantis. Priori casu ejusmodi contestatio non sufficit, nisi deferens ea adquiescere velit, quia de alterius luditur corio, cui exinde damnum obueniret, quod secus in casu posteriori, ubi ejusmodi adserio an *Cydes* Statt sufficit, etiam si nihil amplius additum, quia illa clausula juramentum impli-  
citum jam continet, & in vim juramenti adserens, & sciens, quid sit juramentum, tacite Deum inuocasse censetur, ut fi-  
dem promissi non seruatam in vim perjurii fleetat, & ipsum tamquam pejerantem puniat, Coler. d. proc. exec. p. 1. c. 10. n.  
246. Wesemb. p. 1. conf. 15. n. 88. seqq. Interim tamen poe-  
nam pejerantium eo casu obtainere non existimo, nunquam enim pena perjurii locum habet, nisi quando frangitur so-  
lemnis juramenti forma, que in judiciis recepta, Schrader.  
*de feud.* p. 10. n. 247. Wesemb. conf. 15. Gail. l. 2. obs. 59. n. 6.

*Si quis jura-  
mentum pec-  
catum esse e-  
sistimat?*

§. XIX. Sed quid si testis comparens juramentum de-  
clinare studet, sub prætextu, quasi jurasse simpliciter pec-  
catum existimat? non censeo cum Strykio us. mod. ff. iii.  
*de jurejur.* §. 7. illos homines absolute ad jurandum adigen-  
dos, sed tentandum, ut scrupulus conscientiae eximatur,  
& juramentum ex justa causa & prævio iussu superioris præ-  
stitum extra crimen esse demonstretur, si vero nihilominus pertinaces permanent, peccatum foret, illos reluctante  
conscientia ad jurandum adigere velle, Sanderson. *de ob-  
ligat. jur. prælect.* 7. sect. 14. Interim tamen ejusmodi homi-  
nes poenam jurare nolentium in totum non effugiunt, li-  
cer enim aliquid conscientiae eorum tribendum, præcipue  
si aliunde ex vita anteacta constat, illos semper in hac opinio-  
ne fuisse, non tamen ab omni poena immunes erunt, idque  
publica & summa urgente necessitate. Si enim nulla poena  
dictaretur, unusquisque se facile sub prætextu conscientiae  
testi-

testimoniō perhibendo subtrahere posset, quod minime ferendum. Hinc illustre collegium juridicum Francosurtanum in casu, ubi anabaptista juramentum delatum erat judicialiter, ille vero secta suæ principia prætexeret, ne qui dem magistratu jubente jurandum esse, & inde aliam formulam: *bey Mannen und Wahrheit*, quæ apud anabaptistas sanctissima habetur, subrogare vellit, respondit, daß Es schweren solte zu Gott und auf sein heiliges Evangelium. Rationes videri possunt apud B. Stryk. us. mod. ad iit. de jurej. §. 8.

§. XX. Et haec tenuis de personis, quæ sub prætextu conscientie a poena contumacia se excusare nituntur, sequitur, ut breuibus etiam alios, qui non quidem stimulante conscientia, sed respectu dignitatis, in qua constituti, solitam jurandi formulam declinare intendent, & sufficere putant, si veritatem sub forma: *bey Fürstl. Graffl. Adelichen Ehren und Treuen*, promittant, quam adsertiōnem cum juramento solemnī ejusdem efficacie esse putant, v. Gail. l. 2. obs. 59. n. 2. s̄eqq. Surd. dec. 234. Coler. de proc. exec. p. 1. c. 10. n. 15. Schurff. cent. 1. obs. 17. Mafcard. de probat. concl. 139. n. 15. Seraphin. de priuilegiis. priu. 30. n. 41. præ ceteris autem hanc sententiam defendit Nic. Mylerus ab Ehrenbach in normol. ord. imp. ubi cap. 6. hoc exemplis regum Hispaniæ, Galliæ, Scotiæ, duum Moscouiæ, impp. Romanorum & Germanorum, nec non ex robore & efficacia verborum, principis autoritate & reuerentia principibus debita, ex antiqua fidei germanicæ gloria, ex praxi cameræ, ex notoria germania consuetudine, & demum ex consuetudine & testimonio principum & Ictorum extra germaniam comprobare studet. Quidquid tamen sit, huic sententiæ calculum adjicere non possum. Quamuis enim alias Mylero hoc concedam, quod videlicet extra judicium ejusmodi adsertio multum fidei mereatur; minime tamen illo casu, ubi judicialiter juramentum requiritur, ejusdem vigoris illam esse puto, quia, ut saepe dictum, substantia & fides testimonii

unice in jurejurando consistit, arg. l. 33. d. jurej. Wehn. obſ. pr. ſub. voc. bey Ehren, Treuen und Glaubern, Anton. Dan. Sonnem. prelect. publ. ad LL. notab. p. 187. Nec impedit, quod a diſſentientibus objicitur, naturaliter ad fidem testimonio habendam non requiri juramentum, ſed eſſe hoc inuentum juris ciuilis, quod ſubditos quidem stringit, non vero principem, quia LL. ciuibibſ ſolitus, l. 31. ff. d. LL. reſpondetur enim, hoc quidem eatenus procedere, quatenus requiſitum iure ciuili induc̄tum meras ſolemnitatis inuoluit, hoc enim respectu ſatemur, principes ab ejusmodi ſolemnitatibus omnino immunes eſſe, minime autem hoc procedere poteſt in cauſis, quæ altioris indaginis, & ubi princeps non ut princeps, ſed ut priuatus conſiderandus, quod fit in eo caſu, ubi de veritate ex adſerto hominiſ indaganda agitur, ibi enim cum conſcientiam principis non magis ac ceterorum inſpicere poſſimus, & ergo, quo de ſincera veritate conſter, Deus vindex inuocandus fit: diſſentiam inter principem & priuatum ſtatueram eſſe non video, ſed potius adſerere audeo, teſtem, quantacunque etiam praefulgeat dignitate, corporali adſtrinki debere juramento Greū, ad Gail. l. 2. concl. 59. n. 3. Imo & praxis, ad quam diſſentientis prouocant, ipſis contraria, ſic enim refert Iac. Schult. in add. ad Coler. dec. 15. n. 28. nec principes a praefatione juramenti, teſtiū immunes fuiffe, & id exemplio illuſtrissimi quondam principis Iulii duciſ Brunſuicenſis conſirmat, qui in propria perhibuit. Inde etiam mandatum procuratorium de praefando juramento calumniæ ſub clauſula: ſolle bey mei-nen Fürſt. Gräff. Adelichen Ehren an Eydes ſtatt, &c. in camera non accipiuntur, Ruland. de commiff. l. 2. cap. ii. n. 47. Quid quod ex Sleidano conſtet, iſum Carolum V imperatorem, iuſjurandum juratum, ſeinen geſchworenen ſolennen Eyd, preſtitifſe. Et tandem, ſi diſſentientium ſententia obtineret, imperatores ad minimum in capitulationibus a juramenti praefatione liberi eſſent, ſed & hoc ſecus eſſe praxis uberrime ha-

ete-

stenus demonstrat, dum in fine omnium capitulationum  
hac concepta verba deprehenduntur: bey Unseren Königl.  
Chren, Würden und Wörten im Mahnen der Wahrbheit zugesa-  
get. Innassen Wir denn das mit einem leiblichen Eyde zu Gott  
und dem heiligen Evangelio geschworen, &c. vid. Ziegler. Wahl-  
cap. von Carolo V bis auff Ioseph. add. capitulatio augustis-  
imi nostri & vere invictissimi imperatoris Caroli VI §. 39.  
Interim vero & hic, quod supra §. XVII. de clericis monui-  
mus, repetendum venit, quod nempe, cum varie hac occa-  
sione controuersia orientur, & tamen juramenti solemnita-  
tem a partibus remitti posse constet, utile sit, ut testibus il-  
lustribus a partibus juramentum remittatur, & fidei illustri-  
um personarum fides habeatur, Ruland. *de commiss. p. 2. c. n.*  
*n. 51.* add. Gail. *l. 1. obs. 101.* item *l. 2. obs. 59.*

§. XVI. Quæ diximus, regulariter & in dubio obti- Exceptio  
nent, exceptio tamen erit, si statuta contrarium adferant, erit, si con-  
aut ex singulari priuilegio, sive jure, aliud receptum, prout ceptum.  
hoc in regno Bohemæ & archi-ducatu Austriae speciale, ubi  
nobiles & illustres personæ personaliter comparere non te-  
nentur, sed per scripturam sub fide sua sine corporali jura-  
mento deponunt, & depositionem ob signatam judici ex-  
aminis transmittunt, unter ihrer Hand und Pettschafft, id quod  
etiam in Bauaria ita obtinere, ut nobilium sigilla & manus  
loco juramenti habeantur, testatur de praxi Gailius *l. 1. obs.*  
*101. n. 14.* add. Brunem. *proc. ciu. cap. 30. n. 5.* ubi adferit, ejus-  
modi priuilegio itidem gaudere proceres in Suecia. Talia  
statuta derogant juri communii, utpote quod saltem in subsi-  
diuum nosmet receperissemus notum est. Huc etiam pertinet con-  
suetudo, quam in Silesiæ ducatis Opeliensi, Ratiboriensi,  
Teschinensi, Oppauensi & Carnouensi ita practicari dicit  
Arn. Reyger. *thesaur. juris occup. ad voc. testis in add. n. 37.* ut  
scilicet nobiles in scriptis testimonium ferant sub clausula:  
und dieses bezeuge ich bey meiner Seelen Heyl und Seeligkeit.  
Eodem modo, obtinere quoque potest adsertio officialium  
bey dem Eyd, damit sie ihyen Herrn zu gethan, si illa juramenti  
loco

loco recepta, veluti hoc aliquoties se obseruasle adserit Gail  
*ad l. I.* quam formulam de jure prutenico aliquando etiam  
obtinere, sed sub distinctione, patet ex *jur. proz. Prut. l. I.*  
*tit. 35. art. 6. §. 3.* distinguitur scilicet, an officiales deponant  
in causa ad officium suum spectante, an in causa ab officio  
mere aliena, illo casu ejusmodi adsertio vice juramenti est,  
secus vero casu posteriori. Ceterum generaliter hic no-  
tandum, quod in dubio nulla exceptio presumatur, sed o-  
mnes testes sub solita formula juramenti examinandi sint, unde  
qui speciale aliquid adlegat, illi probatio incumbit, tam-  
quam contra jus commune quid statuenti, Mynsing. cent. 2.  
*obs. 3.*

*Testis contu-*  
*max est, si in*  
*scriptis, &*  
*non viua voce*  
*testari vult.*

§. XXII. Ea ergo, que in *præc. §. de priuilegiatis nobis-*  
*libus adduximus ad alios indistincte applicare non possunt,*  
*sed tenetur testis in judicio comparere, & testimonium viua*  
*voce, non vero in scriptis perhibere, Bart. in l. 9. C. de test.*  
*Oldend. tr. de test. p. m. 558. n. 15.* unde, si testis emanet, & te-  
*stimonium in scriptis offere vult, denouo citandus & com-  
paratio illi injungenda, postea vero, si adhuc pertinax per-  
seuerat, eum contumacæ poenam justæ incurrire non est,*  
*quod dubitemus, cum testibus, non testimonii, creden-  
dum, jam olim imp. in l. 3. ff. de test. confuerit.* Aliud tamen  
*respondendum in eo casu, quem refert Beust. in rubri. de ja-  
rej. n. 212.* ubi dicit, se in quadam causa, in qua commissarius  
*fuerit, vidisse virum quendam senem & prudentem, ut te-  
stem productum, & hunc ante quam ad articulum prelectum*  
*responderet, accepto atramento & penna depositionem su-  
am scripsisse, postea vero eam e charta prælegisse, licet enim*  
*postea pars aduersa validitatem hujus depositionis in dubium*  
*vocare voluerit, pronunciatum tamen fuisse, illam valere,*  
*quia verba deponentis interuenerant.* Jura enim nihil præ-  
ter presentiam testium requirunt, & depositionem  
viua voce prolatam, Gilhaus. arb. jud. ciu. p. 6. c. 6. n. 7. Non  
vero valet depositio per procuratorem jurata, uti vult Bart.  
*in l. 13. §. 13. ff. de damn. inf. n. 12.* cuius sententiam communica-  
ter

ter adprobatam dicit Reyger. *thes. loc. verb. testis in add. n. 39.* & juxta cuius doctrinam licet una partium dicto procuratoris partis alterius flare nolit, sed dominum responde-re debere urgeat, dominus nihilominus constituere potest procuratorem ad jurandum, & dicetur satisfactum petitio-ni, videtur enim dominus jurare tamquam per organum, *c. presentium de test. in 6. junct. c. fin. de juram. m.o. ibique glo-fsa,* scilicet, decreto speciali non videtur satisfactum per procuratorem, *cap. fin. §. 1. de offic. deleg. clement. i. de vita & honest. cleric.* Cacheran, *decis. 13. n. 2.* Verbum enim perso-naliter in aliqua constitutione positum facit, ut mandans non habeatur pro faciente, Bart. *in l. jubemus C. de erogat. mil. ann. n. 3.* Vide, quae de hac personali depositione aliis-que actibus personaliter, non per mandatarium perficien-dis fuse & erudite tradit Cacheran, *d. dec. n. 5. 6. 7. 8. 9.* ubi contrariis respondet *n. 10. seqq. usque ad fin. & senatum et-iam pro sua sententia pronunciislae commemorat.*

§. XXIII. Quid vero sentiendum, si testes adserunt, *Quid si testes se jurasse, quod secreta nunquam reuelare velint, an scili-jurarunt, se cet nihilominus ad articulos respondere teneantur, & an secreta nolle reuelare.*

judex in casu denegati testimonii in illas tamquam contu-maces animaduertere possit? adfirmatur. Istiusmodi enim juramentum turpe est, contra bonos mores, & impium, ideo nec obligatorium, quia alit peccatum mortale, & iram Dei prouocat, vid. omnino *can. 80. c. u. q. 3. & can. 3. 4. 5. 6. 10. c. 22. q. 4. c. 58. de R. J. in 6. unde & Plato l. i. de LL.* eos improborum vult haberi numero, qui veritatem celant. Idem obtinet intuitu sacerdotis, hic enim, et si se nunquam juratur vota fecerit, nihilominus tamen ut testis produc-tus veritatem sub solita juramenti forma adferre debet, conf. Graeu. *l. i. concl. 100. confid. i.* & dum non seruatur ejus-modi juramentum, presumitur, eum poenituisse peccati, quod temerario juramento commiserat, Gail. *l. i. obs. 100. n. 4.* Nulla quoque hic juramenti relaxatio de necessitate re-quiritur, actus enim inualidus & nullus nullum plane

producit effectum, *i. non dubium. s. C. de LL.* ubi impp. Theodosius & Valens rescribunt: *quod ea, que lege fieri prohibentur, si fuerint facta, non solum iniuria sint, sed pro inferis etiam habeantur, leges enim vana & frustratoria remedia adhibere non solet, arg. l. 18. ff. de V. O. add. Mascard. de probat. in proem. cap. 5. n. 55.* Id quod etiam de praxi camera ita obtinere, & hoc modo in causa Braunschweig, c. Sachsen-Anhalt & consortes, item Deutschmeister contra Hailbrunn, pronunciatum fuisse, testis est Gail. *l. i. obs. 100. n. 4 & 5.*

*In instantia  
adpellacionis  
testes de nouo  
jurare tenen-  
tur.*

§. XXIV. Ut haec tenus dicta in prima instantia obtinent: sic etiam in adpellacionis instantia eadem obtinere existimo. Etsi enim videri posset, quod testes, qui semel juramentum praefliterint, eodem de nouo non sint constringendi, cum juramenta temere multiplicari non debeant, quam sententiam etiam commentatores ad statuta Parmensia fouere testatur Rulant. *de commiss. p. 1. l. 6. cap. 10. n. 6.* nihilominus tamen contrarium magis probari censem per *c. fraternitatis. X. de test. c. præterea. X. de test. cog. prout etiam hanc adfirmatiuum in camera obtinere & juxta eam decisum fuisse in causa Bürgermeister und Rath der Stadt Z. wieder Deutschmeister adlerit Rulant add. loc. Verba decreti hec sunt: wird denen commissarien hemit Macht gegeben, die Zeugen vormahls durch D. N. gehöret, wieder von neuen zu beendigen und Rundschafft zu geben, fürgewandter Einrede unz geachtet, wie sichs gebühret, zu zwingen, &c. ergo si jurare nolunt, eodem modo contra illos proceditur, prout alias contra contumaces procedi solet, Berous. *in c. solent. de restit. spol. n. 15.* Interim optima hic est cautela, quam fuggerit Gail. *l. i. obs. 104.* quod nempe testes ejusmodi, quia hominum memoria labilis, *l. peregre. 44. ff. de adquis. v. amitt. poss. maximæ si factum est antiquum, Bart. in l. res obligata. n. 1. ff. de legat. i. ad evitandum perjurium a judice petant, ut prior rotulus ipsis ante examen exhibeat, quo de veritate dicenda se informare possint, ne sibi sint aliquo modo contrarii.**

§. XXV.

§. XXV. Tandem de persona judicis testimonium *Dereftimonia  
perhibentis adhuc quæstio huic capiti colophonis loco ad-  
jicienda: an videlicet judex testis juramentum sine nota  
contumacia recusare possit? in cap. 7. X. de probat. dicuntur:  
solis literis judicis standum esse, (etiam si juramento confirma-  
tæ non sint,) donec prohetur contrarium, ex ratione, quia ju-  
dex pro se habet præsumptionem iustitiae atque veritatis, et si  
itaque ejus adfertio plenam atque irrefragabilem fidem non  
faciat, attamen veritatis nititur præsumptione, sunt verba  
Meuui p. i. d. 118. id quod etiam cum veteri jure Saxonum con-  
uenit, ubi im Land-Recht l. 2. art. 22. ita disponitur: wo  
der Richter zu gezeugen geführet wird um eine Sache, das hält  
man für ein vollkommen gezeugniss, clarius vero l. 3. art. 88.  
wenn der Richter mit denen Schöppen etwas bezeugen soll, da  
soll er sich allein bey dem Eyd, den er dem Könige zum Gericht  
geschworen hat, verpflichten, die Wahrheit zu sagen, und an-  
ders darff er nicht schweren. Verum enim vero hæc solum  
de illis negotiis intelligenda, in quibus iudex officio suo  
functus, minime vero de extrajudicialibus, Mascard. de  
probat. concl. 950. n. 30. Carpz. p. i. c. 16. d. 27. in quibus non ut  
iudex, sed ut alius homo consideratur, & hoc pertinet tex-  
tus in cap. 28. X. de test. ubi Pontifex jubet ne unius judicis,  
quæcumque fuerit autoritatis, verbo credatur in causis  
sue super testamentis, sue quibuslibet aliis contractibus que-  
silio est.*

## CAP. IV.

DE

PERSONIS, QUÆ TESTIMO-  
NIUM DECLINANTES CONTUMA-  
CES NON AUDIUNT.

CONTENTA HUJUS CAPITIS.

**I**ntra personas, quæ ad testimonium dicendum obligata non sunt, prima  
veniunt consanguinei, §. I. inde inter descendentes & descendentes nulla  
est

60 CAP. IV. DE PERSONIS, QUAES TESTIMONIUM

est coactio, §. II. neque inter fratres & sorores, §. III. ceteri cognati quatenus eximantur, docetur. §. IV. quid de marito & uxore? quid de domesticiis? §. V. in tantum a testimonij presafione liberantur clericci confessores, non solum intuitu eorum, qua ipsi in confessione, sed etiam qua in editibus eorum extra casum confessionis reuelata. Quae obligatio certò respectu extenditur ad laicum, §. VI. exceptiones quando clericus reuelata in confessione manifestare tenetur, §. VII. porro excipiuntur adlocuti, §. IX. proxemae quatenus liberantur? §. IX. exceptio, si veritas aliter haberi nequit quomodo intelligenda, §. X. alii a testimonio dicando intuitu comparitionis in iudicio liberantur, §. XI. persona egregia ob l. 15. de jurejar. cuius legis quadam adducuntur limitaciones, §. XII. recensentur personae egregie tam de jure Romano, §. XIII. quam praxi moderna, §. XIV. exempti etiam sunt senes, §. XV. item valetudinarii, quibus adlocuntur pregnantes partu vi-  
cine, §. XVI.

§. I.

Inter perso-  
nas, que ad  
testimonium  
dicendum ob-  
ligatis sunt,

primo sunt  
consanguinei.

Adeoque in-  
ter adcen-  
dentes & de-  
scendentes  
nulla est coa-  
ctio.

Explicatis iis, quae circa examen testium monenda exi-  
stunt, ordo jam postulat, ut personas conside-  
remus, que a testimonio dicendo liberantur & per  
consequens testimonium recusantes contumaces non audi-  
unt. Occurrunt hic præcipue personæ vinculo sanguinis in-  
tuitum conjuncte, que ex ea ratione ad testimonia non com-  
pelluntur, ne odiorum causa inde succrescat, & ne disfidias  
sejungantur, quos oportuerat in perpetuum sanctissimo  
amoris vinculo constrictos esse, Voet. ad ff. tit. de teſt. n. 3.  
inf.

§. II. Ergo adscendentes & descendentes contra se inui-  
tem testimonium ferre non coguntur, ex parte parentum  
enim hoc pugnaret cum amore erga liberos, ex parte vero  
liberorum cum debita & naturali reuerentia, cui per judi-  
cis sententiam derogari nequit, prout hoc impp. Diocletianus & Maximianus in l. 6. C. de teſt. itidem obſeruarunt,  
quippe qui nec volentes eos ad testimonium admittendos  
esse censeant, ex modo adducta ratione, ne amor naturalis  
& debita parentibus reuerentia violetur, qua tanta est, ut  
quod eam vincat, in tota rerum natura non reperias, l. 8. §.  
fin. ff. quod met. cauf. l. fin. C. de curat. fur. Nulla hic est di-  
ſtinctio, an patria potestas jam sit soluta, nec ne, quamvis  
nonnulli ita censeant, v. DD. qd d. l. 6. de teſt. Ayperi proc.  
cap.

*cap. 7. obs. 10. n. 9.* necan sint sexus masculini, an sequioris, immo Carpz. *de us. arb. confang. diss. 13. th. 9. n. 84.* dicta intuitu foeminarum adhuc magis procedere putat, ex ratione, quia, ut faciliores sunt ad amandum, ita faciliores quoque ob a-morem ad perjurium præsumuntur, Mascard. *de probat. vol. 3. concl. 1148. n. 4.* quam tamen differentiam hic loci examinare merito supersedemus, cum alia, quæ magis ob utilitatem & praxin se commendant, locum postulent. Quæritur scilicet: *an pater ad testandum cogi possit, si causa inter duos filios agitur?* negatiuam hic præualere non est, quod dubitemus, eo, quod pater pro uno contra alterum testimoniū perhibens, etiam hoc casu contra adlegata jura impingat. Nec obstat, quod regeritur, per æqualem, qua pater erga utrumque filium dicitur, affectionem remoueri fraudis & perjurii præsumptionem, *1. 67. §. 1. ff. de R. N.* quamuis enim hoc concedatur, non cessat tamen ratio principalis a pietatis officio desumpta, quæ pietas patrem contra filium testari non patitur, Voet. *adff. adl. I.* Exceptio interim a regula esse potest eo casu, si veritas aliter haberit nequit, sic enim fauore eruenda veritatis parentes contra liberos & vice versa cogi posse, testantur Farinac. *de test. qu. 54. n. 171.* Gomez. *tom. 3. variar. resolut. c. 12. n. 24.* Andr. Scheffer. *p. 1. qu. præf. qu. 7.* Frid. Schenck *de test. n. 31.* Extra hunc vero casum, (qui, quomodo intelligendus, infra §. X. explicabatur,) ad testandum minime cogi possunt. Inde quoque Scabini Lipsienses in causa Georg Kreufels contra Georg Schillenbach zu Schwargenb. mens. Jul. A. 1632. pronuntiarunt: daß belägter seinen Beweß bey Verlust def. selben binnen Sächsischer Frist gänzlich zu verführen schuldig, und es mag Klägers Tochter, Christoph Georgens Eheweib, wie der Kl. ihren Vater Zeugniß zu geben beständiger Weise nicht gedrungen werden, *B. R. W. Carpz. p. 1. c. 16. dec. 50.* De praxi reliquarum extra Saxoniā prouinciarum idem obtinet, vid. Würtemb. Land-Ordn. rubr. Welche Personen nicht Zeugniß geben mögen; verb, item Vater und Mutter, reform.

Noric. tit. 7. c. 1. §. es sollen auch die Eltern. reform. Wormatiens. l. 1. tit. 21. verb. auch soll ein Vater oder Mutter. reform. Erfurt. p. 1. tit. 33. §. 4 & 5.

*Neque inter  
fratres & so-  
rores.*

§. III. Secundum jam sibi locum vindicant fratres & sorores, qui itidem ex eodem amoris & sanguinis vinculo, & ne sat rara & apud nos fratum gratia magis turbetur, ad testimonium dicendum cogendi non sunt. Idque iterum indistincte, an scil. cesset patria potestas, bonorum communio, & cohabitatio, annon, quos quidem tres casus excipit Menoch. de A. J. Q. I. 2. c. 104. n. 1. Imo adserere & hoc audeo, quod fratres neque volentes admittendi sint contra fratres, idque non in criminalibus solum, quod ipsi etiam dissentientes concedunt, Lauterb. coll. theor. pr. ad tit. de test. §. 31. sed etiam in ciuilibus, quia eadem adest ratio, quam intuitu patris §. preced. adlegauimus, scilicet ne in familia odia generentur. Nec mouet ratio dissentientis Lauterb. adl. I. Carpz. l. 3. resp. 89. n. 35. Lauterb. Patris ad jus Wurtemb. p. 1. tit. 36 & 60. quod fratres specialiter non prohibeantur, & hinc volentes admittendi sint, juxta l. 1. §. 1. ff. de test. Si enim haec adsertio procederet, sequeretur, etiam, quod fratres etiam cogi possint, quia illi inter personas, que inuite ad testimonium cogi non possunt, expressis verbis itidem non connumerantur, imo exinde fluenter, quod nec parentes de jure panderatarum exempti essent, quia nec illi expresse nominantur. Scilicet, crediderunt legislatores, dum alias personas exceperunt, inter quas vinculum non adeo arctum intercedit, quod ab illis, tamquam a minori ad majus, sc. parentes, recte argumentari possit, quamvis hi nominetenus excepti non fuerint. Ex ratione dissentientium & olim forsitan dubitatum, an parentes volentes in testimonium admitti possint contra liberos, quod dubium remouerunt impp. in d. I. 6. C. de test. dum Tertullo requirenti rescripterunt: nec volentes illos admittendos esse. Licet autem ejusmodi rescriptum respectu fratrum adlegare non possumus, sufficit tamen, quod hic, uti ante dictum,

ctum, eadem militet ratio, unde a patre ad fratrem intuitu a-  
moris consanguineorum in jure aliquoties argumentari vi-  
demus. Sic frater fratrem non grauioris, sed leuioris fal-  
tem criminis accusare potest, l. 13. l. 18. C. de his qui accus. non  
posse eo modo, quo etiam pater filium suum ex causa graui-  
oris criminis ad supplicium offerre non potuit, l. 13. §. ult. ff.  
de re milit. Et ita in aliis. Hinc optime in jure prou. Wür-  
temb. dispositum legitur: item Brüder und Schwester mö-  
gen auch für, noch wieder einander Zeugniß geben, es wären denn  
keine andere Zeugen, oder Beweisungen vorhanden. Quae uti-  
que de ciuilibus faltem intelligenda, in criminalibus quip-  
pe pro reo ad innocentiam ejus probandam, sicut & alios  
inhabiles, ita & fratres ad testimonium admittendos esse  
constat, vid. Carpz. pr. crim. q. u4. n. 36.

§. IV. Postem hic & ceteros, qui ratione consanguini- *Ceteri cognati*  
tatis & cognitionis a testimonii necessitate excipiuntur, *ti quatenus*  
speciatim adducere; ne vero disputationis modum egre-  
diar, illos uno hocce §. complecti liceat, precipue cum eo-  
rum intuitu nullum fere dubium a DD. moueatur. Genera-  
liter itaque monuisse sufficiat, *cognatos collaterales usque ad*  
*seprimum gradum computationis ciuilis contra cognatos ad*  
*testimoniorum perhibendum cogi non debere, l. 4. ff. de test.*  
nec inuitus quis ad testimonium obligatus aduersus foce-  
rum, generum, vitricum, priuignum, nec ex adducta regu-  
la aduersus sobrinum, sobrinam, sobrino natum, eosque o-  
mnes, qui priore gradu sunt, & propiores his necessitudi-  
nis loco junguntur, l. 10. ff. de grad. & ad fin. & nom. eor. We-  
sembs, parat. ff. de test. n. 3. Gail, l. 1. obs. 100. n. 14. idque tam in  
criminalibus, quam ciuilibus, arg. l. 6. C. de test. Brunnem.  
adl. 4. ff. de test. n. 2. Nullum tamen dubium est, quin sta-  
tutis ista immunitas a coactione ad arctiorem & proximio-  
rem quandam gradum restringi possit, ut Hamburgi fa-  
ctum, ubi priuilegium istud in tertio solum gradu sibi lo-  
cum vindicat, vid. Mart. ad O. P. S. tit. 20. §. 2. n. 134. In li-  
nea recta vero omnes consanguinei a compulsione merito  
immu-

## 64 CAP. IV, DE PERSONIS, QUAE TESTIMONIUM

immunes esse, ex supra dictis patet rationibus, arg. l. 5. ff. de test. l. 10. §. f. ff. de grad. conf. Carpz. de us. arb. conf. ang. & ad fin. diff. 3. tb. 9.

*Quid de marito & uxore?*

§. V. Cum vero amor conjugalis, non minoris efficacie esse censeatur, quam ille, qui ex sanguine profluit, Arnisi de jure connub. cap. i. hinc antequam ad personas extranicas, earumque exemptionem progrediamur, inspicendum, quid respectu mariti & uxoris iura disponant. Quemadmodum vero, ut supra dictum, inter personas, que inuitae ad testimonium non coguntur, non omnes nominetenus recensentur: ita quoque uxoris & mariti in l. 4 & 5. de test. non fit mentio, unde quoque non defuerunt statuentes, uxorem contra maritum & vice versa non testari tantum posse, sed & inuitam ad id compellendam esse, V oet. adff. tit. de test. §. 5. Sed salua res est, suppetit enim iterum identitas rationum antea adductarum, ut nulla coactio respectu mariti & uxoris locum habeat, Sichard. ad l. 3. C. de test. quod idem ad sponsum & sponsam extendit Caualcan. p. 4. n. 60. Cum enim ob arctissimum illud connubii vinculum in unum conjuges coaluerint, & conjugalis affectio eam, quae inter parentes & liberos intercedit, non tantum aequet, sed & supereta: a consanguinitate arctissima ad hunc casum illationem validam esse, non est, quod dubitem. Cui accedit praeter ea, quod, dum adfinis ad testimonium dicendum cogi non possunt, Reuber. intrad. de test. q. 2. n. 176. multominus illi cogi debeant, qui principium sunt adfinitatis, maritus scilicet & uxor, conf. Sande decif. Trif. libr. i. tit. 10. def. 3. Nec impedit, quod magni nominis JCTi statuant in contrarium, de uxore quidem concedentes, minime vero de marito, quem indistincte contra uxorem ad testandum cogi posse adserunt, Aym. de antiqu. temp. p. 1. sect. 3. n. 17. adlegatus cum multis aliis a Farinac. quæst. 54. n. 220. ex ratione, quia in marito deponente contra uxorem non imminent tanta periculi ratio, sicut in uxore deponente contra maritum, Carpz. p. 1. c. 16. def. 51 & 52. dum enim concedunt, ex amo-

amore conjugali has personas contra se iniucem ad testimoniū perhibendum non teneri, non video, quomodo illa thesis defendi possit. Quod *domesticos* adtinet, monuisse sufficiat, quod non possint ob d. l. 6. ff. de test. cogi ad testandum, grauis enim res est, quempiam cogere, ut eum testimonio suo lēdat, cuius cibo ac potu vitam sustentat, Reuber. de test. p. 2. n. 201 & 206. plura de domesticitate legi possunt apud Martin. in comment. ad O. P. S. tit. 20. §. 2. n. 187. seqq. Carpz. lib. 3. resp. 89. n. 7.

§. VI. Præter hasce personas, quæ a præstatione testimoniū liberæ in totum, dantur & aliæ, quæ ex speciali priuilegio in quibusdam saltem casibus exemptæ reperiuntur. Et primo quidem occurruunt *clericis confessionarii*, hi enim a *clericis confessoriis* contumacia ejusque pœnā liberantur, si de secretis reuelatis in confessione testari nolunt. Hec quippe non tantum non reuelare compelluntur, sed etiam si reuelant, nullam fidem merentur, Finckelth. obs. 99. Carpz. *jurispr. eccles. I. 3. def. 25.* Quid vero, si a judice interrogantur desuper, a sciant aliquid? respondet Angel. de Clauas in *summ. lit. c. 3. confessio*, citatus a Graeu. *conclus. pr. l. t. concl. 100. confid. 2.* eos sine ullo peccato respondere posse, se nihil scire, nec audiuisse, scil. ad reuelandum, unde, pergit, non debent tacere, ut dicunt aliqui, sed male, sed audacter dicere, quod nihil sciant, & quod nihil audiuerint, quia sub intelligitur, ad reuelandum, sicut & Christus dixit Marc. 15. quod nec filius hominis sciat de die judicii. Haetenus Clauas, qui fundamentum hujus doctrinæ desumit ex e.z. X. de offic. jud. ord. juxta quod ejusmodi decreta non ut judex scit, sed ut Deus, seu, ut Pontificii loquuntur, tamquam vicarius Dei. B. Lutherus *collog. mens. c. 14.* von der Beicht und Absolution, hoc ita exprimit: sie hat mir nichts gebeichtet, sondern dem Herrn Christo, und weil es Christus heimlich hält, soll ich es auch heimlich halten, und strack's sagen, ich habe es nicht gehört, hat Christus etwas gehört, so sage Ers: & paulo post: hab ich sie absoluirt? da weiß ich Doctor Martinus nichts von, sondern Christus weiß es, mit welchem sie geres.

geredet, denn ich höre nichts, beichte und absoluire auch nichts,  
 sondern Christus. Huic præterea rationi, quæ nostro non  
 tibest judicio, jungitur specialis ad silentium obligatio, ad  
 quam unusquisque, cui secreta commissa, obstringitur,  
 Stryk, *diss. de reuel. conf. cap. 2 n. 55. seqq.* certe jus canon-  
 icum feueram in ejusmodi clericos statuit poenam, quam c. 12.  
*X. de pen. his verbis exprimit: qui peccarum in penitentiali*  
*judicio sibi detectum presumserit reuelare, non solum a sacer-*  
*dotali officio deponendum decernimus, verum etiam ad agendum*  
*poenitentiam perpetuam in arctum monasterium deritudendum,*  
 add. Carpz. *jurispr. confit. l. 3. tit. 2. def. 25.* idque non solum  
 intelligendum de illis, quæ in confessione auriculari, ab In-  
 nocentio III in locum pristinæ confessionis secretæ surro-  
 gata, sed etiam de iis, quæ extra easum confessionis reuelata  
 in ædibus priuat, Brunnenm. *proc. inquisit. cap. 8. membr. 1.*  
 n. 40. Nam locus & actus confessionis minime absoluit ne-  
 xum obligationis ad silentium, sed data & sperata fides, vid.  
 B. Stryk, *ad l. n. 64.* licet dissentiant Beier. *de sigill. confess.*  
*sect. 2. c. 1. §. 3.* item Textor in *pr. judic. p. 2. c. 11. n. 28.* qui sta-  
 tuunt, quod illa, quæ quis extra confessionis solemitatem  
 sacerdoti sub protestatione de non reuelando manifestauit,  
 sacerdotem ad silentium non obligent, imo judicium ad  
 torturam oriri, si mediante assertione sacerdotis delictum  
 sacerdoti in ædibus suis reuelatum ad notitiam principis,  
 siue judicis, peruenierit, sed, prout diximus, male, quia ut-  
 trobique eadem subest ratio & ad silentium obligatio, B.  
 Stryk, *in not. ad Brunnenm. jur. eccles. l. 2. cap. 19. §. 22.* Augu-  
 stinus *c. 19. c. 2. q. 1.* sub finem ita ait: *Sunt homines adulteri*  
*in domibus suis, in secreto peccant, aliquando nobis produntur*  
*ab uxoribus suis, plerumque zelantibus, aliquando maritorum*  
*salutem querentibus.* Non prodimus palam, sed secreto ar-  
 guimus. Ubi contigit malum, ibi moriarur malum. Pos-  
 sunt quippe ex hypothesi juris canonici clerici priuata re-  
 dargutio peccatoribus melius confulere, quam si magi-  
 strati illos denunciant ad poenam infligendam, a qua pra-

xii prima ecclesia abhorruit, juxta Stryk. U. M. ff. ad tit. de  
test. §. 8. in fin. Unde illuſtris Facultas juridica hujus Friderici-  
anæ in caſu, ubi aliquis ut teſtis in caſa quadam produce-  
batur, miſter ecclesiæ autem, cum hoc audiret, judicio  
denunciabat, hunc hominem, quod aliquando perjurium  
commiſſerit, confeſſum eſſe, quærebatur: an inquisitioni  
locus eſſet? decidiſſit laudata Facultas ſequentem in modum:  
daſſ wieder Titium nichts vorzunehmen, es iſt aber dem archi-  
dracano Cajo, daſſ er dasjenige, ſo Titius ihm ſeinem Beicht-  
Vater, als er das heilige Abendmahl nehmen wollen, und also al-  
levidings ſub ſigillo confeſſionis von einem begangenen perju-  
rio bekannt haben folte, hernach public gemachet, ernſtlich zu  
verweisen. Es hat auch Meuii ſuchen, daſſ der archi-diaconus  
eydlich vernommen werden möge, nicht statt, u. ſ. f. prout hoc  
reſponſum retulit B. Dn. Joh. Sam. Stryk. in diſſ. de reſtim.  
injuri. cap. 2. §. 15. imo hoc etiam obtinere in judiciiis aliis  
fauorabilioribus, e. g. in matrimonialibus, patet ex Carpz.  
p. 1. c. 16. d. 70. ubi Lipſiensis ita pronunciarunt: haſunter eu-  
ren Pfarr-Kinderne eine ledige Weibsperson einen Wittwer zu  
geſagter Ehe wegen, vor dem conſistorio belanget, &c. ob ſie  
nun woll unter andern auch euch, gegen deme, als ſeinem Beicht-  
Vater, er in der Beichte ſich zu der verweigerten Zuslage bekannt  
hätte, zum Zeugen angegeben, &c. ſo ſeyd ihr doch diſſals Zeug-  
niß zu geben nicht ſchuldig, möget auch dazu nicht angehalten wer-  
den. Und wenn ihr es gleich thun wollet, waret ihr doch damit  
nicht zu hören, noch zu zulassen, u. ſ. f. Extendunt hæc quo- que obliga-  
que ad caſum, ſi quis laico in caſu neceſſitatis confeſſus ſio certo re-  
fuit, ubi idem ſigillum confeſſionis ſubeft, & laicus non mi- ſpectu exten-  
nus, ac ſacerdos, ad silentium obligatur, quia ille in extre- datur ad laicū.  
maneceſſitate loco ſacerdotis eſt, per c. ſanctum 36. de conſecr.  
diſſ. 4. add. Caſp. Match. Müller diſſ. de verit. cel. cap. ult. §. 4.

§. VII. Sunt tamen exceptiones adductæ regulæ, & Excep-  
tions, ſacerdos apud euangelicos ad perhibendum teſtimoniū quando cleri-  
tenetur, (1) ſi confeſſio delicta patranda concernit, aut con- cius reuelata  
tinuanda, iuſta enim eſt confeſſionis reuelatio, que ſit eum in confeſſione

in finem, ut peccato occurratur, & damnum, quod proximo imminebat, auertatur. Ergo praxis pontificiorum, qui sigillum confessionis etiam ad patrandam extendunt, merito damnatur, Exc. Böhmer, *jur. eccles. prol. I. 2. tit. 21. §. 9.* ubi etiam ex Ziegler, *ad Lancellot. p. 356.* nefandum illud Garnetti Jesuitæ responsum notat, quippe qui a comite Notinghamie pro tribunali interrogatus: si quis apud ipsum confiteretur, se die sequenti regem pugione transfixurum, num rem occultandam putaret? affirmatue respondit. Ejusmodi sacerdos causa moralis fit homicidii & perduellionis, imo peccati vinculo implicatur, qui non indicat iis, quibus intenditur, c. 8. c. 22. q. 5. Exc. Dn. Praef. *Bini. zum confit.* Proc. c. 7. §. 17. & insuper hæc pontificiorum praxis e diametro cum primæua confessionis ratione pugnat, quæ unicæ delicta respiciebat patrata, minime patrandam, teste Dn. Böhmer, *ad loc. in fin.* Deinde<sup>(2)</sup> ad reuelandum obligatur sacerdos, si de vita innocentis agitur, qui alias forsan indicij grauatus periclitaretur, e. g. si cædes in rixa commissa, &c. debet tamen reuelatio impersonalis solum esse, Finckelth, *obs. 94.* Brunnem, *proc. ciu. cap. 20. n. 6.* Mynsing. cent. 5. *obs. 41. in fin.* Dn. Praef. *doct. ff. adit. de test. §. 5.*

*Excipiuntur  
porro aduo-  
cata*

§. VIII. Hæc de clericis, quos excipiunt aduocari, cum & illi sacerdotum dignentur titulo l. 1. §. 1. ff. de J. & J. unde pretendunt, & se a necessitate testimonii perhibendi exemptos esse intuitu secretorum a clientibus reuelatorum, ne alias prævaricatores & proditores caufæ audiant, Joh. Gutierrez, l. 1. can. quest. c. u. & quia moraliter peccare dicitur ille, qui secretum sibi communicatum, & quod in alterius graue prejudicium non tendit, reuelat, etiam si judex competens illud præcipiat, Berlich. *dec. aur. 10. n. 6.* Ergo & aduocatis exemptione ex communi fere Doctorum calculo hac parte concessa, Ant. Faber, *in cod. lib. 4. tit. 15. def. 19.* Farinac, *de test. q. 60. n. 155.* Matth. Coler, *p. 2. dec. 241.* Campeg. *de test. reg. 58.* idque non solum procedit, si lis adhuc pendet, sed etiam eadem jam finita, quamvis hoc

*cata*

casu in foris Saxonie contrarium obtinere velit Carpz.  
*lib. 3. resp. 25.*, quod tamen ad eum casum solummodo perti-  
nere puto, si aduocatus ejus rei, cuius intuitu testimonium  
perhibere debet, jam ante suscepsum patrocinium notitiam  
habuerit, quo collimare videtur sententia Scabinorum Lipsi-  
ensium, quam adlegat Berlich. *dec. aur. 101.* ubi ita: ob nun  
woll die Rechts-Gelehrten in dem einig, dass ein aduocatus  
wieder seinen elien zum Zeugen mag angegeben werden; die-  
weil aber dennoch ihr von der Sachen zuvor nichts gewust, son-  
dern nur dasjenige, was von euren elien en pro informatio-  
ne faci berichtet worden, zu offenbahren, ihr zum Zeugen anz-  
gegeben werden, so moget ihr gestalten Sachen nach Zeugniß zu  
geben und solches zu entdecken nicht gedrungen werden, u. s. f.  
Hoc iuppositio, adserio Carpzouii nostræ sententiae non  
repugnat, & ejusmodi aduocatus non ut aduocatus, sed ue-  
alius quilibet testis ad testandum est obligatus. Interim  
si sententia Carpzouii in Saxonia indistincte procedit, par-  
ticularis hæc est constitutio, quam alii in locis non adten-  
dimus, & donec contrarium ibi receptum esse demonstra-  
tur, juri communi inhæremus, in *adl. l. f. de test.* enim ex-  
presse fancitur, *quod nec patroni in causa, ubi patrocinium  
præstiterunt, testimonium dicere debeant.* Nam & præter  
rationes ante adductas, adhuc interesse habent, si non pe-  
cuniarium, saltem propter honoris, gloriæ & dexteritatis  
laudem, unde non admittendi, neque cogendi, B. Dn.  
Stryk. *U. Mff. de test. §. 6.* Id quod de praxi camerae etiam  
testatur Rulant. *de commiss. p. 2. l. 2. cap. 4. n. 11.* Exceptio ta-  
men erit, si veritas alter haberi nequit.

§. IX. Quid vero de proxenetis? de quibus etiam *Proxenete.*  
disputatum fuisse dicit Græu, *ad Gail. l. 1. concl. 100. conf. 3.* *quatenus li-*  
*Quæritur, an illi ad testimonium perhibendum cogi possint* *berentur.*  
*in causis, quibus ratione officii interfuerent?* si ex communi-  
fere DD. sententia hanc questionem decidere volumus, sub  
distinctione respondendum erit, an partes consentiant, nec  
ne, priori casu tique coactioni locum esse, secus autem in

posteriori statuunt, adeoque alterutra dissentiente proxenetam compelli non posse, vid. Ludwel. ad Wesemb. tit. ff. de proxen. n. 1. Nicolai. in proc. p. 1. cap. 59. n. 33. Brunnen. ad l. 1. ff. de proxen. n. 3. idque propter presumtionem lucri vel adquisiti, vel mox acquirendi, nou. 90. c. 8. quod nec jure Saxonico immutatum esse dicit Matth. Col. p. 1. dec. 197. n. 4. ejusmodi enim homines in fui commodum & exonerationem & pro validitate contractus testificari presumuntur Carpz. p. 1. c. 16. d. 71. n. 2. aliam rationem subjicit Ferdinand Vasq. nouiss. illustr. quest. l. 2. q. 33. n. 2. ubi dicit: contrahentes hujusmodi mediatoribus atque proxeneticis palam atque luculenter animorum suorum sententiam depromunt ac reuelant, minime id facturi, si id omnibus manifestum futurum timerent, cum ergo his mediatoribus sua consilia non aliter atque confessioribus reuelent, inciuile ac iniquum esset, si id ab eodem proxeneta palam & manifestum fieret altero contrahentibus inuito, eludereatur enim ejus spes ac confidentia. Haec tenus Vasquius adl. 1. cuius adductam rationem nos in medio relinquimus. Hodie, quia proxeneta ut plurimum jurati sunt & publice confirmati, sic ut nulla sinistra in eos cadat suspicio, proxenetam a testimonio dicendo liberum esse non puto, non solum, si negotis illicisis, v. g. contractibus usurariis, committendae simoniæ, &c. interfuerit, quo casu ipsi etiam DD. alias adserunt, quod cogi possint, Farinac. q. 60. illat. 16. in f. idque in poenam, quia eiusmodi contractibus interuenire non debuissent, l. f. ff. de proxen. nou. 123. c. 2. §. 1. Menoch. de A. J. Q. l. 2. cas. 4n. sed quoque in aliis negotiis a lege non reprobatis, cum ad justitiae incrementum & reuelationem veritatis proxenitarum testimoniorum quamplurimum conferat, add. Groenw. de LL. abrog. ad tit. de proxenet. n. 3.

**Exceptio, si veritas aliter haberi non potest,** mentionem fecimus: non abs re esse confidimus, si breuibus genuinum illius sensum explicemus. Veritatem aliter haberi non posse contingit vel per se, vel modo intellig.

vel per accidens. Per se contingere dicitur, quando natura negotii ita comparata est, ut alii testes, quam priuilegiati, haberri nequeant, c. f. X. de test. cog. Brunneim. ad I. 29. cap. de test. n. 3. sic v. g. parentes coguntur, ut in causa libero-rum testimonium dicant, si quæstio ætatem, vel consanguinitatem concernit, vid. Dn. Böhmer. jur. eccles. protest. I. 2. tit. 2. §. 6. quod itidem euenit in factis occultis & antiquis, quæ sua natura plenam probationem non admittunt, vel ita comparata sunt, ut vel ratione loci, vel temporis, alii testes interuenire non potuerint, c. s. X. de probat. I. 8. §. 6. C. de repud. Hujus furfuris in criminalibus sunt hærefis, furtum, adulterium, conjuratio, partus supposititious, &c. Menoch. de arb. J. Q. I. 2. cas. no. item de presumt. I. 1. q. 58. in cuiuslibus autem gesta in collegio, loco occulto, capitulo & congregationibus clericorum, ubi soli canonici conuenire solent, &c. Per accidens vero veritatem aliter haberi non posse dicitur, cum negotii qualitas non resiftit, quo minus habiles adeste potuissent, sed per accidens euenit, ut non nisi priuilegiati adfuerint. Hoc casu priuilegiati coginon possunt, ut quidem priori, Mafcard. de probat. I. 3. concil. 1359. n. 9. Hahn. ad Wesemb. de test. in f. vid. pluribus Trentacinq. resolut. 10. per tot. Exc. Böhmer. add. I. B. Stryk. U. M. ff. de test. §. 2.

§. XI. Præter personas recensitas, quæ a testimonio *Alii a testi-*  
dicendo vel in totum, vel in certis casibus exemptæ reperi-*monio dicen-*  
untur, dantur & aliæ, quæ non quidem a necessitate testan-*do ratione*  
di se excusant, sed hoc solummodo prætendunt, quod jure*comparatio-*  
muniti coram judice comparere & viua voce testari non te-*nis in judicio*  
neantur, sed judex ad eos domum mittere, ibique testimoniū*liberantur.*  
corum rogare debeat, juxta I. 5. ff. de jurejur. nou. 124.  
de jurejur. nou. 124. §. 1. Videamus ergo, quibusnam perso-  
nis ejusmodi jus singulare in legibus concessum.

§. XII. Primo occurruunt personæ egregiae in I. 5. ff. de (1) personæ  
jurejur. sive illæ, quibus ex ipsa juris autoritate dignitas in-*egregie ob I.*  
est, ut loquitur Bart. in I. 1. C. de aduocat. divers. jud. id nam-*15. ff. de jure-*  
que honoris tributum est dictis personis, ut fulciriendum *jur.*

exa-

revelare tene- examen sit cum minimo ipsorum incommodo. Licet enim  
 tur, sint, qui cum Panorm. insc. se quis testium. X. de testib. & aliis,  
 quos Beust. in d. l. n. 33. recenset, hanc fouent opinionem,  
 subesse arbitrio judicis, an testes egregios ad comparatio-  
 nem adstringere, siue ad illos domum mittere velit, unde  
 sequeretur, quod priori casu sine nota contumacia eman-  
 re non possent, hanc tamen sententiam, utpote quæ nullo  
 juris nititur fundamento, omnino rejicimus. Dictum pri-  
 uilegium enim in fauorem egregiarum personarum unice  
 introductum, minime vero in fauorem judicis, qui propte-  
 rea id ipsum illis inuitis adimere nequit, conf. Farinac. de  
 test. qu. 77. n. 23. Interim tamen notandum, prædictam legem  
 interdum suas pati limitationes, sic v. g. (1) nihil impedit,  
 quo minus judex majoris dignitatis illam egregiam perso-  
 nam, quæ tantum certo respectu, aut certo quodam loco  
 pro tali habetur, & judice citante longe inferior est, ad te-  
 stimonium in judicio dicendum citare possit, cum ejusmodi  
 persona vere egregia non sit, adeoque nec priuilegium istud  
 ad eandem pertineat, etenim in d. l. 15. faltem intelliguntur  
 personæ, quæ καθ' ἀληθειαν & ubiuis in numero egregiarum  
 personarum habentur, non vero illæ, quæ limitate, certo-  
 que duntaxat in loco, puta in illo, in quo citantur, egregiae  
 dignitatis poppysmo demulcentur. Secunda limitatio erit  
 in criminalibus, quippe ubi priuilegium illud plane cessat,  
 & persona, quamvis maxime egregia, comparisonem in  
 loco judicii veritatis ore tenus detegendæ gratia denegare  
 nequit, idque ob maximam diuerstatis rationem, quæ inter  
 causas ciuiles & criminales intercedit, siquidem in illis  
 faltem de priuato interesse, arg. §. 10. 7. de injur. l. f. ff. de priu.  
 delict. in his vero de vindicta publica quæstio est, arg. dd. II.  
 junct. l. 9. §. 5. ff. de publ. & vel. C. C. C. art. 173. Accedit, quod  
 quandoque confrontatio rei cum testibus necessaria sit,  
 Tabor. de confrontat. th. 9. segg. Carpz. pr. crim. quest. 14. n.  
 75. segg. quæ confrontatio in judicio fieri debet, & hinc ex  
 communi DD. sententia hujus priuilegii allegatio in causa

hujus legis  
 quedam ad-  
 ducentur li-  
 mitationes.

criminali, siue per viam accusationis, siue inquisitionis pro-  
ceditur, effectu destituitur, vid. Jul. Clar. l. 5. sentent. quest.  
26. n. 2, Farinac. quest. 77. n. 23. Ungepauer. ad decret. tit. de  
test. n. 27. Umm. ad process. disp. 16. n. 53. Dictum priuilegium  
locum non habet (3) in causis ciuilibus arduis, in quibus ju-  
dex comparitionem personalem injungere potest, Farinac.  
adl. l. q. 238. modo secundum τὸ σέβας id fiat modeste, v. g.  
per literas, & interdum addita clausula: vor meine Person  
bienstlich ersuchende. Demum (4) causa matrimoniales in spe-  
cie exceptionem faciunt, si ulla enim unquam causa ardua  
maximique momenti dici poterit, haec certe matrimonia-  
lis erit, conf. Carpz. jurisp. consift. l. 3. t. 4. d. 46. n. 4. De cau-  
sis ciuilibus arduis hoc generaliter addo, quod illae causis cri-  
minalibus æquiparentur, Gail. l. 2. obs. 94. n. 1. adeoque &  
matrimoniales in specie ejusdem generis & maximi momen-  
ti sint.

§. XIII. Quæritur jam, quinam adpellatione egregiarum Recensentar  
personarum veniant? apud Romanos adhanc classem per-  
tinebant, qui ex ordine senatorio erant & subdiuidebantur  
in super-illustres, siue illustrissimos, in illustres, spectabiles, &  
clarissimos. Illustrissimorum, siue super-illustrium nomine  
veniebant consules, praefectus prætorio, praefectus urbi,  
magister militum, questores & patricii, nou. 10. 4. l. 3. §. viros.  
C. ubi senat. vel clariss. Illustris dicebantur comites sacrarum  
largitionum & comites facri patrimonii, Cujac. in l. 64. in pr.  
C. de decur. l. 1. pr. C. de adiuv. diuersi judic. Speciabiles erant,  
qui mediis inter illustres & clarissimos, nou. 7. in f. videlicet  
pro-consules, praefectus augustalis, comites orientis, &c.  
d. nou. 7. l. un. pr. C. ut omn. jud. tam ciuil. quam crim. Et de-  
inde sequebantur clarissimi in specie sic dicti, quamvis  
enim omnes, quos modo recensuimus, sub nomine claris-  
simorum etiam venirent, arg. nou. 71. add. Cujac. in paratit.  
ad tit. C. de tutor. & curator. illustr. vel clariss. person. speci-  
aliiori tamen sensu clarissimi dicebantur praesides & consu-  
lares, nou. 23. c. 4. §. sed a praef. l. un. §. ipse enim. C. ut omn.  
jud.

## 74 CAP. IV. DE PERSONIS, QUÆ TESTIMONIUM

quam praxi  
moderna.

§. XIV. Hi ergo de jure Romano per supra adl. l. 15. ff. de jurejur. a necessitate comparitionis in judicio liberabantur. Mutata vero hodie antiquæ Romanæ reipublicæ statu ac facie, hæc utiliter ad *majores magistratus* in singulis prouinciis & ciuitatibus applicantur, qui tamquam personæ egregiae adhuc eodem gaudent jure, quod tamen extra territorium, in quo tali dignitate possent, minime extendendum, si non ex alio capite ab hac necessitate eximantur. Gaudent etiam apud nos dicto priuilegio *comites, barones, nobiles*, & qui his altiori dignitatis splendore præfulgent. Nullam vero hic differentiam inter nobiles mediatos & immediatos agnoscimus. Quamuis enim sint, qui respectu mediatorum dubium hic mouent, Rulant. de commiss. p. 2. l. 2. cap. 5. n. u. Coler. de proc. exec. p. 1. c. 6. n. 13. indistincte tamen illa nobilibus competere recte docent Setser. de jura. l. 3. c. 7. n. 7. & Menoch. de A. J. Q. l. 2. cas. 79. n. u. Honor enim iste ex mera dignitate personæ colligitur, qua quisque nobilium claret, DD. cc. II. Et dictum priuilegium in dubio obtinet, nisi per specialem prouinciacem constitutionem ipsis illud ademtum fuerit, quale quidin prouinciis Saxoniacis occurrit, ubi personæ illustres, Graffen, Freyherren, &c. æque ac aliis in judiciis jurare tenentur, hac sola obseruata differentia, quod illorum respectu actus jurandi in curia suprema Lipsensi in conclavi peculiari, in der audiencibz, expediatur, cum reliqui omnes, cujuscunque sexus sint, virgines & mulieres, in confessu adfessorum, in presentia adiutorum & amanuensisq; iudicii portis undique apertis jurare soleant, Möller. lib. 4. semestr. cap. 20. Carpz. lib. 3. resp. 62. n. 18. & in proc. tit. u. art. 3. n. 94. Deinde locum sibi hic vindicant doctores, sive nobiles togati, prout ex sententia Jacobi Benii de priuilegiis. Ctorum in proem. adpellari merentur, qui nobilitate doctrinæ & eruditiois coruscant, & nobilibus etiam quoad usum vestium, ornatorum, v. g. catenarum, aureorum annulorum, &c. æquiparantur in reformat. polit. de A. 1548. item Rudolphi II. de

A.

## DECLINANTES CONTUMACES NON AUDIUNT. 75

A. 1577, tit. 12. von doctorn. Imo horum dignitatem & nobilitatem tantam esse, ut licet comitissa doctori nubat, non dicatur sua conditione inferiori nupsisse, tradunt Salycet. in l. 7. C. de postul. Hermes. in fascicul. jur. publ. c. 33. n. 104. quam obrem nec ipsi maximi principes eorum purpuram detestarunt, quorum exempla referuntur in dem Durchl. Regenten-Saal. p. 54. qui & ipsum papam Innocentium VI. juris utriusque doctorem suisse testatur, conf. Martini orat. solemne de nobilit. quo lit. adquir. Wurmser. in obs. pract. tit. 1. de judic. obs. 14. Farinac. de test. qu. 77. n. 5. Jason. in d. l. 15. de jurejur. huc etiam licentiatos refert, utpote qui in favo-  
rabilibus pro DD. habentur, Alciat. ad l. 57. ff. de V. S. Ricc. p.  
2. resol. 407. Nolden. de stat. nobilitar. c. 5. n. 58. Beust. ad d. l. 15.  
ff. de jurejur. n. 10 & 11. Tandem inter personas exemptas re-  
censentur quoque ratione sexus feminæ & matroneæ, non  
solum nobiles, Nicol. proc. p. 1. c. 57. n. 14. sed qualibet, que  
honestatis & pudicitiae decore fulgent, nulla enim in c.  
mulieres. 2. de judic. in 6. unde fundamentum hujuscem pru-  
ilegii peti solet, inter nobiles, aut alias honestiores foeminas  
differentia reperitur, sed ibi generaliter ita fancitur: sed  
cum necessarium fuerit eorundem testimonium, judex tabel-  
lionem, aut aliam quandam personam idoneam ad eas trans-  
mittat, jung. l. 2. §. 1. pr. C. de jurejur. propt. calumn. nou. 124.  
§. 1. Ratio hujus dispositionis preter dignitatem potissimum  
quoque in naturali illa verecundia consistere videtur, que  
in publicum prodire, & virili consortio temere se adsocia-  
re, atque ad judicem varia hominum turba ut plurimum  
stipatum venire, sequiori sexui vix ac ne vix quidem per-  
mittit. Interim quænam foeminæ, & in quibus causis hoc  
pruilegium cum effectu allegare queant, prudentis judi-  
cis subest arbitrio, qui non male ager, si hic urgentibus cir-  
cumstantiis se faciliorem erga foeminas, quam quidem er-  
ga masculos præbet. Inter personas ecclesiasticas episcopij  
pruilegium personarum egregiarum prætendunt per tex-  
tum innou. 123. c. 7. vid. Farinac. qu. 77. n. 211. Menoch. de A.

J. Q. cent. i. cas. 70. n. 5. item *Abbates, Rulant. de commiss. p. 2.*  
*l. 2. c. 5. n. 9. presbyteri, diaconi & ceteri clerci, Setser, de ju-*  
*ram. l. 3. c. 7. n. 5. Farinac. c. 1. Umm. de proc. disp. 14. n. 59. quo-*  
*rūtum intuitu tamen totam rem ab arbitrio judicis dependere*  
*existimamus, quandoquidem propter rerum publicarum sta-*  
*tutumque diuersitatem illi non semper in classem egregiarum*  
*personarum referuntur, Menoch. de A. J. Q. I. 8. cas. 7. n. 2. &*  
*n. n. Meu. p. 5. dec. 237. in fin. Hillig. ad donelli. l. 24. c. 22. lit. k.*

(2) porro ex-  
 cussantur  
 senes.

§. XV. Porro a comparitione personali in specie excusantur senes & qui etatis decrepiti sunt, c. 8. X. de test. ibique Richter. n. n. unde etiam Cicero in Verrem ad hanc excusationem prouocat, ubi ait: *Lollius etate impeditus ad testimoniū dicendum venire non potuit.* Romani enim senectutem semper venerabilem existimabant, & pene eundem honorem senibus, quam magistris tribuebant l. s. ff. de jur. immun. cui accedit, quod senes plerumque valetudinarii sunt & ægrotis æquiparentur, unde comicus senectutem per se ipsam morbum naturalem esse testatur, add. Menoch. de A. J. Q. lib. 2. cent. 1. cas. 6. n. 8. Sed quinam vocantur senes? DD. hic dissentient. Alii illos pro talibus habent, qui 60 vel 70 annorum sunt, vid. Rosbach, in proc. tis. 49. n. 4. König in proc. c. 85. n. 2. quæ etas in hac materia determinata in Bohemia per nouell. imp. Ferdinandi III sic. Bb. art. 17. in verb. Ein Mann bey 60 Jahren. Alii senes vocant eos, qui sunt 70 vel 100 annorum, vid. Speculator lib. 1. p. 4. tit. de test. §. 2. n. 6. vel, qui ad annum 70 vergunt, li-  
 cet illum nondum compleuerint, Coler. ad c. 5. X. ut. lit. non cont. n. 3. alii denique jam illos pro senibus habent, qui 50. annum adimpleuerunt, Old. ad cons. 93. n. 20. Thom. Grammat. dec. Neapolit. 34. n. 4. idque propter glossam in c. 1. de celebraz. miss. quam computationem praxis cameræ quoque recepit, Gail. lib. 1. obs. 92. n. 7. Rulant. de commiss. p. 2. l. 1. c. 6. n. 2. nos cum Gailio adl. libr. 1. obs. 92. n. 7. & Masecard. concl. 1302. decisionem arbitrio judicis relinquimus, dum pro ratione ac diuersitate personarum & circumstantiarum, nul-

la

la certa in uniuersum præscribi potest regula, Abb. in cap. requisiuit. 17. n. 4. X de sponsal. Harpr. ad rubr. inf. de nupt. n. 138. præcipue ubi LL. certum quid, ut in substrata nostra materia, non determinant. In Saxonia senes hoc respectu dicuntur, qui 70 annis majores, prout illud patet ex responsio Scabinorun Wittebergensium, apud Berlich. p. i. decis. n. 6. ubi ita pronunciatum: daß zu Georg Bauern wegen feines hohen Alters auff producer ten Unkosten billig der geschworene Gerichtsnotarius abgeordnet werde, von welchem er dem am 12. Julii A. 1618. publicirten Urthel zu folge vermeydet, und auff die Beweisartikel abgehöret wird, conf. Richter. ad c. 8. n. n. X de test. Menoch. libr. 2. A. J. Q. e. 1. cas. 6. n. 8. seqq. Rulant. de commiss. p. 2. l. 2. c. 5. n. 1. seqq. Interim facile concedimus, quod eo casu, quando testes abiectæ fortis sunt, v. g. rustici, &c. & nullo morbo detinentur, sic ut coram judice semet sifere possint, judex præcise non sit obstrictus, ut commissarium, vel alium mittat, qui ædes ipsorum sumum, ne quid grauius dicam, redolentes adeat, & eum jatura temporis & sumtuum singulos examinet, sed tunc testis ad judicium citatus, & venire recusans contumacia pœnam incurrit, de qua praxi itidem testatur Rulant. adl. l. n. 6.

§. XVI. Denique a comparitione personali excusantur *Item valetutetur valetudinarii & qui morbo impediuntur*, c. 8. X. de test. dinarii. Richter. ibid. n. 10. Fundamentum hujus priuilegii in iure ciuili reperitur in l. 15. ff. de jurejur. Sunt autem valetudinarii, qui grati & fontico morbo laborant, nec sine euidenti periculo semet aeris intemperiei, exponere possunt, siue, ut dicit Julianus in l. 60. ff. de re judic. *morbis sonicus etiam iniuris litigatoriibus ac judici diem differt, sonicus autem moribus existimandus, qui cuique rei agendæ impedimento est.* Scilicet vita hominum inæstimabilis, l. 1. inf. ff. de bon. eor. qui ant. sentent. sibi mort. consciu. nec ipsa pietas judicis permittit, ut quod illi conseruandæ inferuit, inuertatur, Umm. ad prec. disp. 16. th. 8. Quo autem judici de veritate & statu

## 78. CAP. IV. DE PERSONIS, QUAE TESTIMONIUM &amp;c.

ægroti testis constet, attestatum medici producendum est, quod ad ejusmodi valetudinem aduersam probandam sufficit, vid. Martin. *ad O. P. S. p. 5. tit. 27. §. 1. n. 18.* Swendendorf. *ad Fibig. p. 2. c. 2. membr. 2. sed. 1. §. 4. reg. 13. n. 680.* ubi etiam, quibus formalibus examinatio domestica, vel a producente, vel plerumque ab ipso teste petatur, una cum ipso pronunciandi modo inuenies. Ceterum cum aliquoties obseruatum, quod commissarii a parte aduersa ut plurimum corrupti semet excusarint, se valetudinarium & ægrotantem adire non potuisse, sub prætextu, quod morbum verecantur, utilissima est cautela, quam suggerit Rulant. *de commiss. p. 2. l. 2. c. 5. n. 25.* ut producens ab initio statim per supplicas judicem adeat petatque, ut commissoriali verba inserviantur: daß denjen bewilligten commissarien hiermit von Ge- richts-wegen Befehl gethan wird, die ernennete Zeugen, so Krankheit halber nicht vor Gericht kommen mögen, in ihrer Behausung zu beendigen, und zu verhören, id quod in camera imperiali aliquoties haud incassum practicatum fuisse testatur Rulant. *de commiss. adl. 1.* Exceptio tamen & hic erit, si pestis, aut alius morbus contagiosus grassatur, tunc enim, licet eiusmodi clausula adiecta fuerit, commissarium tamen ad perficiendum examen obligatum non esse, nemo facile dubitat. Ejusmodi valetudinariis de praxi etiam ad- ciantur praefociantur mulieres prægnantes & partui vicinae, Pacian. *de guantes & probat. lib. 2. c. 4. n. 6.* quæ pariter domi examinanda, idque partui vicinae. ob summum fauorem, quem partui jura concedunt, arg. I. 7. ff. de stat. hom. & ne factum matris noceat ei, qui in utero est, arg. pr. inst. de ingen. unde etiam puerperæ, si ob periculum in mora durantibus adhuc confuetis illis sex leptimanis testimonium perhibere obstantur, priuatum examen in ædibus suis cum effectu petere posse existimo, vid. Umm. *de process. adl. 1. th. 8.*

CAP.

CAP. V.

DE

# POENIS TESTIUM CON- TUMACIUM.

## CONTENTA HUJUS CAPITIS.

**C**onspectus totius capituli; §. I. intuitu iuris ciuilis pena testium contumaciū ex LL. XII. tabularum adducitur. De jure recentiori obtinet pignorum captio, multe inditio, §. II. de territione & tortura in criminalibus, §. III. persona, que a tortura liberantur adducuntur, §. IV. an hic referendi DD. Et aducatur? §. V. quid de clericis? §. VI. infames num indistincte torquendi? disquiritur, §. VII. quid de jure canonico notabile? §. VIII. quid tandem de praxi? §. IX.

§. I.

**I**N materia de poenis testium contumaciū, quam hoc Conspectus  
hujus capititis.

capite coronidis loco paucis exponere animus est, tria potissimum ab inuicem separanda veniunt, scilicet (1) considerandum, quānam in testes contumaces de jure ciuilī & Romano constitutā poena reperiantur, (2) quid de jure canonico obtineat, & denique (3) quid in praxi tam camere imperialis intuitu, quam ceterarum prouinciarum occurrat? apud alios quidem populos variae etiam poenae constitutae erant, ita v. g. apud *Egyptios* teste Diodoro Siculo l. 7. qui præsentes fuerant, cum homicidium, aut furrum committeretur, ni reum indicarent, virgis cædebantur, & tridui fame puniebantur, item ex lege Solonis in contumaces mille drachmarum statuta erat poena, Lauterb. *coll. theor. pract. ad tit. de testib.* §. 39. verum ea in præsenti ad nos non pertinent.

§. II. Primo itaque de jure ciuilī Romano videbimus, *Quid de jure ciuilī?* ubi varias coercitiones & ignominias testium contumaciū inuenimus. *Ignominias* dico, illas enim de jure antiquo itidem adjectas fuisse, patet ex antiquissimis LL. XII. tabularum, ubi fancitum erat, quod testis negotio alicui

*pœna testium  
contumaciū  
ex LL. XII.  
ad- tab.*

80. CAP. V. DE POENIS TESTIUM CONTUMACIUM.

adhibitus, si deinde super illo testari solebat, improbus & intestabilis, adeoque infamis fere habebatur, Ræuard. ad LL. XII. tab. c. 10. Dum vero haec poena rigorosa de jure Romano recentiori non obtinet, ad alias progedior, quæ tamen singulæ ab arbitrio judicis dependent, cum nulla certa in jure ciuili poena determinata reperiatur. Ut plurimum mandata poenalia decernuntur contra testes, iisque captis pignoribus coercentur, conf. l. 3. §. 9. ff. de tab. exhib. l. 22. l. si quando C. de testib. Quin per pignorum captionem judex contemtam suam autoritatem tueri possit, non est, quod dubitemus, arg. l. un. ff. si quis jus dic. non obtemp. l. 2. C. de execut. rei jud. Pignora capta in judicio adseruantur, donec testis ad testimonium dicendum compareat, si vero ulterius comparere detrectat, illa in contumaciam vendenda, & multæ fisco adipicande veniunt, Gail. de arrest. cap. 10. n. 22. imo si bona pignoris nomine capta talia sint, ut seruando seruari nequeant; judex illa statim vendere potest, & premium in judicio deponitur, v. Jul. Clarus. pr. crim. §. fin. qu. 44. n. 3. Pignorum captionem excipit multæ indicatio, quam de jure ciuili ad testimoniū coercitionem adhibitam fuisse, DD. ad tit. de test. unanimiter adserunt per textus apud Lauterb. coll. theor. pr. de test. §. 37. adlegatos, quibus experientia fori, optima illa legum ac jurium interpres, calculum adjicit, quamvis nec hic certa quantitas multæ de jure Romano determinata reperiatur, sed ea determinatio prudentiae judicis relinquatur. Hodie in diuerfarum prouinciarum statutis hoc casu certa poena pecuniaria definita reperitur, de qua materia videri possunt constitutiones prouinciales & statuta, quæ supra cap. 1. §. penult. adduximus.

Territorio &  
tortura.

§. III. In hilce vero poenis postea jura non substituunt, sed contumacia crescente poenæ itidem crevere, dum testibus contumacibus pro grauitate causæ & conditione personarum, non tantum injectio manus, siue carcer, Ex-cell. Dn. Böhmer, jur. eccles. prot. l. 2. tit. 21. §. 5. Riuin. enunc. jar. tit. 22. enun. c. 1. sed & praefacta exigente ulteriori con-

tumacia territo primo, postea vero & ipsa tortura dictata, l. 15. l. 18. §. 3. ff. de quest. l. 21. §. 2. ff. de test. nou. 90. c. i. Ego quidem illarum sanctionum aequitatem in praesenti non impugnabo, interim tamen hoc certum est, quod judex nimis facilis esse non beat, & hinc ille ad remedium illud valde exorbitans deuenire nequeat, si ulla adhuc spes superstet, quod veritas alio modo minus violento detegi possit, a tormentis quippe non esse incipiendum, D. Augustus constiuit, inquit Ulpian. in l. 1. ff. de quest. Requiritur ergo, antequam ad torturam procedi potest, (1) ut veritas nullo alio modo erui possit, id quod jurato olim adseuerare debebat actor, seu accusator, l. fin. C. de quest. non vero hodie, Zanger. de tortur. c. 2. n. 3. (2) testes torquendi non sunt conuincendi mendacii & veritatis causa, nisi cum facto interfusse dicuntur, inquit Ictus in l. 18. §. 3. ff. de quest. veluti si depositerint, se facto interfusse, & tamen nihil vidisse, aut si negauerint, se facto interfusse, postea vero mendacii conuicti sint, Zanger. de tortur. c. 1. n. n. Francisc. Brun. de indic. p. 2. qu. 4. n. 5 & 15. aut in testimonio dicendo vacillaerint, l. 15. pr. junct. l. 18. §. 5. ff. de quest. (3) requiritur, ut causa sit ardua & criminalis, (4) ut testes viliores sint conditionis. Hisce igitur quatuor requisitis concurrentibus testes contumaces torturæ subjici posse nullus dubito, prout etiam Scabinos Wittebergenses pronunciasse testis est Carpz. pr. crim. qu. 19. n. 5. Hat sich M. P. in iniuriens Sachen N. N. betreffend, ungeachtet er dagegen gewesen, Zeugniß zu geben verweigert, dahero ihr ihn in gefängliche Haft legen lassen, da nun bemeldeter M. sich dessen ferner Verweigerung würde, so würde er zur deposition durch härter Gefängniß, darinnen er 8 Tage lang mit Wasser und Brod gespeiset wird, Zeugniß zu geben angehalten, mit dieser ausdrücklichen Verwarnung, daß in severer Verweigerung seine richtige Aussage auff die Beweis-Articul woll durch den Scharfrichter aus ihm gebracht werden soll, B. N. W.

§. IV. Dum vero præc. §. dictum, quod testis vilioris Quinam

L

con-

a tortura ex- conditionis esse debeat, si torturæ subjiciendus, queritur:  
 omni? quomodo hoc intelligendum, & quænam dignitas a tortu-  
 ra liberet? Apud Romanos propter dignitatem torturæ  
 subjici non poterant (1) qui ex ordine senatorio erant, de  
 quibus supra cap. IV. §. XIII. alia occasione pluribus egi.  
 Apud nos huc spectant personæ illustres, principes, duces,  
 comites & barones, qui a seuera illa indagatione, que per  
 tormenta fit, merito liberantur, Jul. Clar. I. 5. sentent. §. ult.  
 quest. 64. n. 17. (2) De jure Romano a tortura liberantur mi-  
 lites. I. 8. pr. C. de quest. I. 4. C. ad I. Jul. maj. I. 3. §. 1. ff. de re  
 milit. apud Romanos enim militia inter dignitates indistin-  
 ctæ referebatur, quia illi milites nobilibus adnumerabant,  
 P. Castrœns. I. 2. conf. 125. & statui plebeio opponebant, I.  
 3. I. n. C. de quest. Num vero milites nostri hoc exemptionis  
 jure fruantur, uniuersaliter adfirmare non audeo. Quam-  
 uis enim videri posset, quod, dum & hodienum eadem per-  
 ricula sustinent, etiam iisdem iuribus gaudere debeant, uti  
 alias argumentatur Ulpian. in I. un. ff. de bonor. poss. ex rest.  
 milit. apud nos tamen ad dignitatem principaliter respic-  
 tur, unde priuilegio exemptionis illi saltem fruantur,  
 qui in eminentiori dignitate constituti, v. g. centuriones,  
 capitani & similes, minime vero milites gregarii, aliisque,  
 qui se milites quidem profitentur, a virtute tamen pror-  
 fusi alieni sunt, quos lepide describit Carpz. pr. crim. qu.  
 118. n. 74. Atque de his intelligendum est Zanger. de quest.  
 & tort. c. 1. n. 58. quando dicit, quod jus de non torquen-  
 dis militibus in Germania non obtineat. Tertium locum  
 sibi vindicant nobiles, hi enim ad testimonium requisi, li-  
 cet contumaces sint, a tortura tamen liberantur, idque  
 partim ob textum I. 4. C. ad I. Jul. majest. in qua impp. nul-  
 lam omnino, cui fidicularum tormenta inferuntur, mili-  
 tæ, vel generis, vel dignitatis defensione uti prohiberi re-  
 scriperunt: partim quia tormenta plebeiorum tantum esse  
 dicuntur in I. n. C. de quest. quibus nobiles contradistin-  
 guuntur, vid. pluribus Matth. Coler. de proc. execut. p. 2. c.

3. n.

3. n. 76. Matth. Wesembec. *parat. ff. de quæst. n. 10.* Jul. Clarus.  
*l. 5. sentent. §. ult. qu. 64. n. 19.* Accedit, quod nobiles, si non  
majorem, parent tamē dignitatem cum illa habere censem-  
antur, in qua olim milites & decuriones constituti erant;  
Andr. Tiraquell. *de nobilit. cap. 19. 20 & 21.* ubi hanc quæsti-  
onem late ventilat. Si ergo milites & decuriones veniam  
a tormentis mereri dicuntur in *l. 8. pr. l. decuriones. 16. C. de*  
*quæst.* multominus nobiles fidiculis subjiciendi erunt,  
Zanger. *de quæst. & tortur. cap. 1. n. 72 & 73.*

§. V. Dum vero imp. Leo & Anthemius in *l. aduocati. An etiam DD.*  
*14. C. de aduoc. diuersi. jud.* refribunt: *non solum eos milita-* & aduocati?  
*re, qui gladiis, clypeis, thoracibus mituntur, sed etiam aduo-*  
*catis, cum laborantium spem vitam & posteros defendant;*  
*quæritur: an priuilegium, quod milites a quæstionibus*  
*eximit, etiam ad doctores & aduocatos extendendum? mi-*  
*hi quidem adfirmatiue respondendum esse videtur, quia*  
*dicta personæ itidem in eorum classem referuntur, qui*  
*plebejorum ordine exempti, ut enim nobiles ob genus, sic*  
*DD. ob dignitatem a plebe separati sunt, inquit Zanger. d.*  
*c. 1. n. 78.* obstare quidem videtur *l. 1. C. ubi senat. vel clariss.*  
*ubi expediti juris esse censetur, reatum omnem honorem*  
*excludere, unde etiam in Gallia interdictum esse aduoca-*  
*tis, ne adlegent jura de non torquentis nobilibus & DD.*  
*testantur Rebuff. in auth. habita C. ne fil. pro patr. item Au-*  
*frer. in styl. parlam. arreß. 16. idque in tantum, ut neque co-*  
*miti, neque baroni, neque doctori parcatur, sed omnes*  
*& que torquentur, Ant. Faber in cod. tit. de quæst. def. 13. id*  
*quod etiam apud Venetos, & per totam Italiam ita obtine-*  
*re adserit Franc. Cason. tract. de torment. cap. 10. n. 13. hisce*  
*tamen non attentis in adfirmatiua adhuc hæreo, cit. l. 1.*  
*enim hoc tantum innuit, quod senatori & clarissimi forum*  
*declinare non possint, si in prouincia deliquerint, sed & que*  
*ut alii intra prouinciam publicis legibus subjiciantur, d.*  
*l. 1. junct. inscript. & tit.* Etsi igitur reatus omnem honorem

excludat, scilicet quoad fori competentiam & poenam, non tamen ita excludit honorem, ut cum adcuseatur clarissimi, statim questioni subjiciendi sint, quia haec duo simul stare posunt, ut quidem poenis subjiciantur, illis ramen intuitu torturæ parcatur. Nostræ sententiae adhuc accedit, quod DD. nobiles dicantur, l. 2 §. ult. ff. de excusat. snt. item nobilissimi, l. 4. inf. ff. evd. Tiraquell. de nobilit. cap. 5. n. 3. quod dignitate florent, c. quanto X. de magistr. ac inter egregias personas connumerenzur, Jac. Menoch. de A. f. Q. l. 2. conf. 70. n. 9. Anton. Gomez. variar. resolut. tom. 3. c. 13. n. 3. Aegid. Boß. tit. de indic. n. 1. & tandem clarissimi vocentur in l. 4. §. 1. C. de aduoc. diuers. iud. de quibus notum, quod tormentis subjici non possint, l. 10. C. de dignit. Licet igitur adserat Colerus de proc. execut. p. 2. c. 3. n. 156. se nemini autorem fore, quod illis juribus de non torquendis nobilibus & DD. nimium fidat; nos tamen regulam formamus juri conformem: doctores, nobiles, & alios in dignitate eximia constitutos a tortura esse immunes, & quicunque exceptionem alicubi prætendunt, illam probare tenentur, quod certe in nostro casu, ubi saltem de perhibendo testimonio quæstio agitur, difficillimum fore existimo.

*Quid de clericis?* Q. VI. Sed quid de clericis sentiendum, an illorum dignitas tanta, utilios a tortura liberet? quod cogi possint, & quatenus hoc fieri queat, de eo supra dictum, & quemadmodum illos mandatis poenalibus ad testimonium dicendum compelli posse, simul demonstratum: ita quoque & clericos refractarios æque ac alios exigente ita necessitate torqueri posse existimo, idque per nou. 123. c. 20. & aub. presbyteri, C. de episc. & cler. ubi diferte statuitur, quod clerici verberibus cædi possint, unde consequens refutat, quod etiam tortura locus sit, qui enim torqueri non potest, nec fustibus castigandus, l. 15. C. de quæst. l. 3. C. ex quib. cauf. infam. irrog. l. 28. ff. de pan. Id quod porro exinde etiam

iam probatur, quod in l. 8. C. de episc. & cler. presbyteri saltem excipiantur, non vero ceteri clerci, ita enim Theodosius imperator A. Paulino in d. 1. rescrit: presbyteri circa questionis injuriam testimonium dicunt, ita tamen, ut falsa non simulent. Ceteri vero clerci, qui eum deinde gradum sequuntur, si ad testimonium dicendum petiti fuerint, prout leges praecipiunt, audiuntur. Idem de magistris philosophie & studio-  
sis refert Carpz. pr. crim. qu. n. 8. n. 98. illudque postea n. 102.  
& 103. præjudicii confirmat, quod scilicet magistro philosophia, ut & studioso a Scabinis tortura dictata fuerit, add. Bocer. de quaest. & tortur. cap. 4. n. 72. Aegyd. Bass. tit. de tortur. test. n. 6. Foller. in prax. crim. canon. p. m. 259. num. 6.  
seqq.

S.VII. Dum vero Arcadius in l. 21. §. 2. ff. de test. unice systa-  
ticos & apodyticos sive testes omni exceptione maiores ad fides non in di-  
testimonia requirit, infames autem, vel plane rejicit, vel sal-  
tem in casu, si alii testes haberi non possunt, non tamen nisi finitae tor-  
tem in casu, si alii testes haberi non possunt, non tamen nisi quendi?  
sub tortura his verbis admittit: si eari conditio sit, ubi are-  
narium testem, vel similem personam admittere cogimur sine  
tormentis testimonio ejus credendum non est, & DD. inde com-  
muniter concludunt, quod iis casibus, ubi infamis jure per-  
mittente ad testimonium admittitur, fides ei sine tormentis  
adhiberi non debeat, quo etiam pontifex prouocat in c. 7.  
l. 2. qu. 1. in fin. dicens: multi a leges sanciunt, ut vilissimis te-  
stibus sine corporali discussione credi non debeat, queritur in-  
de: quomodo & quatenus hoc procedat? ex mea quidem  
sententia illud indistincte admittere non possum, quia i-  
psam æquitatem hic obstare existimo, tortura enim non nisi  
in subsidium eruenda veritatis decernenda, nec aliter ad-  
hibenda, nisi absque modo violento veritas haberi nequeat,  
Adeoque potius arg. non. 90. c. 1. ubi circumstantia adjici-  
tur, si forsitan suspicio corruptionis adfuerit, quod etiam  
confirmari videtur in l. 13. C. de test. existimarem, non abso-

86 CAP. V. DE POENIS TESTIUM CONTUMACIUM.

lute illud admittendum esse, ut infames & vilissimi testes torturæ indistincte subjiciantur, sed hoc cum demum fieri posse, si grauitas cause ita postular, & veritas absque iis alter haberi nequit, & insuper suspicio falsi & corruptionis adeat, quod veritatem fateri nolint, ut adeo tormenta fidem per se non faciant, sed hoc tantum operentur, ut a suspecto fides eo facilius erui possit. Tabor. de tortur. c. 5. n. 58 & 59. Huc potissimum spectat, si testes vacillant, aut variant, de quibus tamen constat, quod aut auctui interfuerint, aut ejus notitiam habeant. Carpz. prax. crim. qu. n. 46. seqq. add. Sebast. Guazzini. de defens. reor. defens. 19. Et hinc adplicari possunt constitutiones canonice, quod testes saltem monendi & suadendi, non vero regulariter cogendi sint, nisi ubi alia probatio deficit, aut testes ex gratia, odio, metue testimonium ferre recusant, c. i. 4. 5. X. de test. cog.

Quid de jure  
canonico?

§. IX. Hactenus de jure ciuili. Jus canonicum quod attinet, illud saltem generaliter hic monuisse sufficiat, quod poenæ juris ciuilis ibi pleraque confirmatae reperiantur, aut certe illis derogatum non sit, sed hoc saltem additum, quod laici censuram ecclesiasticam patiantur, juxta c. i. 4. seqg. X. de testib. cog. cap. fin. X. eod. clerici autem suspendantur ab officio & beneficio, & in eadem perseuerantes conutacia excommunicentur, c. 2. X. de test. cog. add. Excell. Dn. Böhmer. jur. eccles. protest. l. 2. tit. 21. §. 3. Quod si falsum testimonium dixerint clerici, presbyteri in causis pecuniariis a diuino mysterio per tres annos separati monasteris pro tormentis traduntur, in causa criminali autem clericatus honore nudati legitimis poenis adficiuntur. Ceteri vero clerici communi jure ab officio ecclesiastico repulsi sine delectu cause verberibus coercentur, vid. Mülletri disput. de test. cleric. c. 41. n. 27.

Quid tandem

§. IX. Quoad jus Germanicum antiquum in capitula-

laribus Caroli M. l. 3. leg. 45. sub titulo *de manitione* (id est, *citatione*) secundum legem ad malum ita dispositum erat: si quis ad malum legitime manitus fuerit, & non venerit, si eum sunnis laumnis, sive legitimum impedimentum non detinuerit, quindecim solidis culpabilis dijudicetur, sic ad secundum & tertium, si autem ad quartum venire contemferit, postleffio ejus in *bannum* mittatur, donec veniat, & sic de re, de qua interpellatus fuerit, justitiam faciat, si infra annum non venerit, de rebus ejus, quae infra *bannum* misere fuerint, rex interrogetur, & quidquid inde judicauerit, fiat, &c. vid. Meinders *de judic. centenar. cap. 4. §. 57.* Moder nam quod attinet praxin, eo magis succincti hic esse possumus, quo magis illam singulis problematisbus paucim subjecimus. Judicis arbitrio tota decisio subest, qui, quounque hic procedendum, pro circumstantiarum diversitate facile judicabit. Ut plurimum ita proceditur, ut (1) mandata poenalia decernantur, & quidem sub poena arbitraria, si in constitutionibus provincialibus nihil expresse constitutum, alias vero sub ea, quae statutis determinata, (2) si testes comparere nolunt, majorem poenam judex, sive commissarius, comminatur, & refractarios in poenam prioris condemnat, ubi itidem aliae poenae adjungi possunt, v. g. ut nuncio exequenti ob contumaciam sumptus soluat, vel si absoluto exame ceterorum testimoniis contumax est, ad ædes commissariorum, sive ipsius judicis citetur, item judex jubere potest, ut propriis sumptibus compareat, id quod in camera aliquoties ita obseruatum fuisse testatur Rulant. *de commissar. p. 2. l. 2. c. 7. lit. a.* Si vero nec huic iterato mandato morem gerant, adhuc ulterius proceditur, & ad executionem mandatorum anteriorum, ad pignorationem, ad carcerem, imo pro causæ grauitate juxta ea, quae supra adtulimus, ad torturam usque deuenitur, vid. Sebast. Guazzin. *de defens. reor. defens. 19.* Petrus Maria Passerinus *in regul. tribun. qu. 15. art. p.* Faber. l. 4. tit. 15. defin. 57. In camera imperiali ad poenam

*de praxi, tam  
antiqua e.*

*quam moder-  
no?*

88 CAP. V. DE POENIS TESTIUM CONTUMACIUM.

poenam banni olim procedebatur, commissarius vero banum irrogare nequit, Gail. l. i. obs. 100. sed haec pena, quæ ad exemplum excommunicationis juris canonici introducta, per R. J. nouiss. de a. 1654. §. 36. hodie sublata, quamvis enim ibi in specie nulla testium injecta fuerit mentio, sufficit tamen, quod generatim pena banni in materia de contumacia abolita sit, adeoque hodienum & ibi dicta pena arbitrio judicis relinquitur.

TANTUM.



45.



CLARISSIMO ATQUE DOCTISSIMO  
**DN. CANDIDATO,**

DISPUTATIONIS HUJUS INAUGURALIS AUTORI,

S. P. D.

JAC. FRIDERICUS LUDOVICI.

**I**seruasti in disputatione Tua erudita proprio Marte conscripta *cap. I. §. II.* contumacis vocem non semper in malam, sed saepe etiam in bonam partem accipi, ut idem significet, ac inuitus, firmus, constans, quo etiam pertinet locus apud Prudentium, ubi amore Christi aliquem doloribus contumacem, id est, firmum atque inuitum aduersus dolores fuisse dicitur. In ejusmodi contumacium numerum Te quoque, doctissime Domine Candidate, referendum esse, e-

go


go nunc testis sum & publice quidem testimoniū meum perhibeo. Contumax fuisti in studiis Tuis, in excolendis bonis literis, in amore Musarum, & ex diuerso Musæ etiam Te amarunt atque in amando contumaces fuerunt, quod enim quisque juris in alterum statuit, eodem & ille utitur. Contumax fuisti in frequentandis Doctorum Tuorum collegiis, contumax etiam, firmus, constans in conselio Facultatis juridicæ eo tempore, quo consueta examina Tecum instituebantur. Caput ultimum Tuæ dissertationis de poenis testium contumacium inscribitur: Tua contumacia poenas nullas meretur, & ergo rubrica mutanda, atque loco poenarum præmia substituenda erunt. Sic finis coronat opus. Quod me adtinet, quemadmodum Te, clarissime Domine Candidate, semper amauit: ita quoque in amando contumax ero. Interim Te rogo, ut quando ad administrationem justitiae & reipublicæ futuro tempore admotus fueris, perpetuo contumax sis, eum in finem, ut suum cuique tribuas, ipsa enim justitia ex mente Ulpiani est constans & perpetua, siue contumax voluntas, jus suum cuique tribuendi. Ita nunc de teste contumace differuisti & ego contumacia Tuæ testis sum. Vale. Dabam in academia Fridericana d. XXIX. Nouembris,  
M DCC XVII.

Si

**S**I quis forte roget, tot quidnam hic egeris annos?  
**T**ESTEM, qui *renuit*, consulat, ille docet.

epigramma

Johannis Philippi Heinii.



**A**Rise Harmonious Powers,  
 From your Elysian Bowers,  
 And Nymphs, Heliconian Springs;  
 To carest the happy Day,  
 Which, Laurels, doth convey  
 (As Virtues Crown) unto the best of friends.

Whom, *Faculties*, renown'd for pious care;  
 Advance in honour and in State,  
 Their rise, no envy can create,  
 Because their *Patrons* in their fortune share,  
 And, as the *Sun*, the higher they ascend  
 So much the farther, doth their fame extend.

Go then, Dear friend, accompany'd by *fame*,  
 Thy head Adorn'd with *Themis's Crown*,  
 And may'st thou ever have renown,

) : ( 2 In

In that Royal Court, where thy deserving name  
With lasting Characters, engrav'd shall be  
An endless Monument unto Posterity.

In amicitiae minime fucatae tesseram, Viro Genero-  
sissimo & Doctissimo, Domino Samueli Willet,  
Amico suo integerrimo, non uno nomine noto  
Licentiam summos in utroque Jure honores  
consequendi, capessenti, hæc pauca adp[ro]suit

Richardus Hill de Thornton,  
Phil. D. & A. M. Ebor. Anglus.



C Ogitur ut testis tua disputatio monstrat  
Hinc erit ingenii testis ubique Tui.

Ultroneum hoc perpetuae obseruantiae testimoni-  
um ita reddere voluit, ut in itinere  
licuit,

F. Berens.



Q Uod si navalis Teucrorum prælia lusus  
Et simul Argivum populi spectacula læta  
Spelemus. Quodsi virides percurrere circos,  
Aut patulos campos, aut perlustrare theatra,  
Et tua Roma virum certamina magna palestra  
Contingat, vati viatores præmia tollunt.

Mox

Mox vi<sup>c</sup>tor pelago' praeconis voce Cloanthus  
 Qui dextre potuit reliquas superare carinas  
 Laudatur flexa redimitus tempora Lauro.  
 Gramineo in campo mox alter viribus audax,  
 Quique pedum cursu valet, accipit aurea dona.  
 Mox adsunt alii iaculo, levibusque sagittis  
 Fortunam experti, qui plausu laudeque digni  
 Argolicam galeam, clypeum, flavamque coronam,  
 Ac, quæ proposuit præfctus, pulchra reportant.  
 Denique nec desunt, quos mens inpe<sup>c</sup>tore præsens  
 Impellit crudo pugnam committere caestu,  
 Vel quoque quadrigis positam contingere metam.  
 Hinc, qui vi<sup>c</sup>tor abit, ramis is tempora circetus  
 Præmia principio ante oculos Circoque locata  
 In medio sumit, tripodes, viridesque coronas,  
 Et palme pretium victoribus armaque & ostro  
 Perfusas vestes, argenti aurique talenta.  
 Hæc equidem magnæ Laudes vi<sup>c</sup>toribus essent,  
 Si modo non pedibus, sed partæ mente fuissent,  
 Si modo virtutis, non robore corporis iste  
 Quæsitus Lauri splendor, qui tessera tantum  
 Audit, nec tribuit quicquam nisi dulcia verba,  
 Plaudentis populi, quæ ventus raptat inanis,  
 Ex fucca tandem cum Lauro nomen honorque,  
 His vulgi studiis, hac nudi corporis arte  
 Qui venit, in leto marcescit. Sed Themis alma  
 Cum Juris Studiis palmas Laudesque meretur,  
 Præmia, perpetuo quæ durant, firma relinquit,

): 3

¶ At-

Atque sui iuris famam cultoribus adfert.  
Quæ non intereat, cœlum dum sidera voluet.  
O quem dilexi fraterno more fodalis  
Quid tibimet fiet? Quot præmia, quanta mereris?  
Quas laudes tribuam? Minime mortalia quæris,  
Ad metam solidæ doctrinæ tendis adusque,  
In' studio Juris multos superasse videris,  
Dum justæ Themidos transcendere discupis arces,  
Hinc tibi jamdudum sunt præmia larga parata,  
Ac adfunt præsto, qui laudis munere maestant  
Hosce tuos ausus, est immortale, quod optant  
Qui modocunque tua spectant tentamina mentis,  
Quæ, ceu vulcani percoctum ardoribus aurum  
Nobilius semper rutilo splendore corruscat,  
Sic Eadem studiis Jurisque labore nitescit,  
Et magis in meritos flammans exardet honores,  
Quos quoque vietricis nunc confert gratia larga  
Astrææ, spondens majoris præmia famæ  
Dum præsens cunctis tua Dissertatio docta,  
Exponens mentem præfacti testis iniquam,  
Differit, adfirmat, nec non testatur abunde,  
Quod minime vanis studiis hæc otia ducas,  
Quod minimeque rudi sacra tractes Jura Minervâ,  
Sed legum ad solidam solers penetraveris artem,  
Et quicquid ratio dictat, quod Jure receptant  
Telluris gentes, quæ doctis docta probantur,  
Rimatus fueris condignus Laude perenni.

Hinc

Hinc ergo studiis meritos tibi grator honores  
 Et bona quæ tandem, quæ prospera deboe fata  
 Exoptare tibi, sincero hoc percipe voto.  
 Vivas tranquillus, vivas in Numine latus  
 Mens etenim felix est, ac bona cuncta tenebit,  
 Jugiter in solo quæ Numine sola quiescit.

*Hisce Nobilissimo atque Praclarissimo Candi-  
 dato, Conterraneo & amico suo certissi-  
 mo, eoque nomine plurimum suscipien-  
 do, pro Licentia Doctoralium Honorum  
 egregio specimine certaturo gratulabun-  
 dus applaudere voluit, ut debuit,*

**H. BENDLEBEN,**  
 Bremâ - Saxo.



**T**estis, qui renuit firmare rogata citatus,  
 Judicis an cogî voce jubente queat?  
**WILLETI** eximio quæsta volumine soluis,  
 Dissectis spinis, sollicitisque nodis:  
 Scilicet exiguum de TE sperare vetabat  
 Assiduusque labos, ingeniumque sagax.  
 Atque ut magna solent quecumque labore parari  
 Et nulli in buccas affa columba volat;  
 Hoc specimen, TE TE quoque præmia magna manere  
 Hos qui Te norunt, non dubitare finit.

*Hisce applaudere voluit*  
**G. HARMES,**  
 Brem.



.84

Hinc ergo familiis matronis illi elector ponebat  
Et post eum electus, qui electus ponebat  
Angeli ihesu Christi filii electi  
Qui post electioem, electio post electione facta.  
Ex parte ipsi, predicto post electione facta.  
Qui post electionem, ex parte ipsi, predicto post electione facta.  
Qui post electionem, ex parte ipsi, predicto post electione facta.  
Qui post electionem, ex parte ipsi, predicto post electione facta.  
Qui post electionem, ex parte ipsi, predicto post electione facta.  
Qui post electionem, ex parte ipsi, predicto post electione facta.  
Qui post electionem, ex parte ipsi, predicto post electione facta.  
Qui post electionem, ex parte ipsi, predicto post electione facta.  
Qui post electionem, ex parte ipsi, predicto post electione facta.

## H HENNI BEN

Primum - pars



ET hoc est quod dicitur, quod sicut dicitur, quod  
sicut dicitur, quod sicut dicitur, quod sicut dicitur, quod sicut dicitur,  
sicut dicitur, quod sicut dicitur, quod sicut dicitur, quod sicut dicitur,  
sicut dicitur, quod sicut dicitur, quod sicut dicitur, quod sicut dicitur,  
sicut dicitur, quod sicut dicitur, quod sicut dicitur, quod sicut dicitur,  
sicut dicitur, quod sicut dicitur, quod sicut dicitur, quod sicut dicitur,  
sicut dicitur, quod sicut dicitur, quod sicut dicitur, quod sicut dicitur,  
sicut dicitur, quod sicut dicitur, quod sicut dicitur, quod sicut dicitur,  
sicut dicitur, quod sicut dicitur, quod sicut dicitur, quod sicut dicitur,  
sicut dicitur, quod sicut dicitur, quod sicut dicitur, quod sicut dicitur,  
sicut dicitur, quod sicut dicitur, quod sicut dicitur, quod sicut dicitur,  
sicut dicitur, quod sicut dicitur, quod sicut dicitur, quod sicut dicitur,  
sicut dicitur, quod sicut dicitur, quod sicut dicitur, quod sicut dicitur,  
sicut dicitur, quod sicut dicitur, quod sicut dicitur, quod sicut dicitur,  
sicut dicitur, quod sicut dicitur, quod sicut dicitur, quod sicut dicitur,

ET HABEMUS

Habemus

\* \* \* \* \*





halles, Diss., 1777 f/1ss.

ULB Halle  
002 186 926

3



sb





DISPUTATIO INAUGURALIS JURIDICA  
DE  
**TESTE CONTU-  
MACE,**  
Quam  
*Diuino auxiliante Numine*  
RECTORE ACADEMIAE MAGNIFICENTISSIMO,  
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,  
**DOMINO GAROLO,**  
PRINCIPE BORUSSIAE, MARCHIONE BRANDEN-  
BURGICO, RELIQA,  
IN REGIA FRIDERICIANA,  
SUB MODERAMINE  
**DN. JACOB. FRID. LUDOVICI, JCt.**  
POTENTISS. REGI BORUSSIAE A CONSIL. AUL.  
ET PROFESS. PUBL. ORDINAR.  
*Fautoris, Praeceptoris & Promotoris sui etatem deuenerandi,  
colendi,*  
**PRO LICENTIA,**  
Summos in utroque Jure rite capessendi honores,  
*d. Novembr. A. MDCCXVII.*  
horis ante & pomeridianis  
publicæ eruditorum velitationi submittit  
AUTOR  
**SAMUEL WILLETT,**  
BREMA-SAXO.  
HALÆ MAGDEBURGICÆ,  
Typis CHRISTIANI HENCKELII, Acad. Typ.